Ad Holoschoenum vulgarem, LK., VIS., fl. dalm. I, p. 111 adde locos ad ripas fluminis **Trebinjsica** prope **Trebinje**, in valle **Jazina** prope **Grančarevo**, et circa **Skodiegn** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK. (sub Sc. Holoschoeno, L.), in campis arenosis vallis **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANĆ., in ins. **Veglia**, **Cassione**, **Besca nuova**, TOMMAS.

Ad Eriophorum angustifolium, ROTH, VIS., fl. dalm. III, p. 350 adde locum in spongiosis sub monte **Durmitor** (M. N.), PANĆ. el. pl., p. 94, et adde **Eriophorum latifolium**, HOPP., taschenb., p. 1800, p. 108; HOST, fl. austr. I, p. 64; RCHB., fl. exc., p. 80; GRIS. in PANTK., el. pl., p. 20.

E. culmo subtriquetro, foliis linearibus planis apice triquetris, scabris, spiculis 4-pluribus, pedunculis scabris.

*Syn.* E. polystachyum β. L., fl. svec., p. 17. E. pubescens, Engl. fl. I, p. 78 (excl. syn.).

*Icon.* RCHB., ic. germ. VIII, f. 691; HOST, ic. gram. IV, tab. 73; Engl. bot. tab. 573; LAMK., enc., tab. 39, fig. 4.

*Hab.* in humidis circa **Skodiegn** in **Bjelagora** (Hercegov.), in **Virusa Dol** infra **Crna Planina**, et circa rivulum **Pasina Vodda** ad pedem montis **Mali Durmi-**

**tor** (M. N.) PANTK. et a **Foinizza** et **Busovatz** ad **Travnik** (Bosnia), SENDT. Fl. estate. Perenn.

**Eriophorum gracile**, KOCH in ROTH, catal. bot. II, p. 259 et syn. fl. germ. II, p. 860; PARLAT., fl. ital. II, p. 444.

E. culmo subtriquetro gracili, foliis setaceo-filiformibus triquetris scabridis, spiculis subquaternis, involucro squamoso, pedunculis tomentoso-scabris.

**Syn.** *Eriophorum triquetrum*, HOPPE, taschenb. 1800, p. 106; RCHB., fl. exc., p. 79; HOST, fl. austr. I, p. 63.

*Icon.* RCHB., ic. germ., VIII, f. 687-688; HOST, gram. IV, tab. 74; OED., fl. dan., tab. 1444; Engl. bot., tab. 2402.

*Hab.* a **Foinizza** et **Busovatz** ad **Travnik** (Bosnia), SENDT. Fl. aest. Perenn.

### J U N C E A E R. BR.

VIS. fl. dalm. I, p. 444.

Ad *Juncum glaucum*, EHRH., VIS., fl. dalm. I, p. 444 adde locos in paludosis circa **Skodjegrn** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), in **Viruša Dol** infra **Crna Planina** et circa **Riblje Jezero** sub **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. adn., p. 22; a **Czenizza** ad **Sutynska** (Bosnia), SENDTN., et ad **Dobrinie** et **Besca nuova** in ins. **Veglia** (Dalm.) TOMMAS., l. c., p. 65.

Ad *Juncum acutum*, L., VIS., l. c., p. 442 adde locos ad fossas circa **Cattaro** (Dalmat.), et **Trebinje** (Hercegov.), PANTK., l. c., p. 22; in ins. **Veglia**, **Val Saline**, **Cassione** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 65. Addatur

*Juncus Tommasinii*, PARLAT., fl. ital. II, part. 2, p. 345.

J. culmo nudo, foliis radicalibus teretibus pungentibus, cyma terminali laxa erecta, floribus 2-4 fasciculatis, involuci folio inferiore cymam suam subaequante, perianthii phyllis subaequalibus ovatis, exterioribus acutiusculis, interioribus obtusis, capsulis ovali-globosis obtusiusculis perianthio duplo longioribus.

*Hab.* in paludosis salsis maritimis prope **Melinje** ad **Castelnovo di Cattaro** (Dalm.). Fl. Majo, Junio. Perenn. Legit et comm. dom. STUDNICKA.

Ad *Juncum maritimum*, LAM., VIS., l. c. adde locos ins. **Veglia**, **Val Saline**, **Valle di Besca** (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

Pro *Juncus insulano*, VIV., VIS., l. c. substituatur (post J. GERARDI, LOISL., VIS.,

fl. dalm., suppl., p. 27). J. bufonius, L. vis., fl. dalm. III, p. 350 et adde locos in humidis circa **Cattaro** (Dalm.), **Trebinje** et **Grancarevo** (Herczeg.). circa **Rjeka** et **Danilov Grad** ad rivulum **Susica** (M. N.), PANTK., l. c., p. 22; in irriguis supra **Kolasin**, et fossis ad **Vir** distr. **Crminica** (M. N.), PANČ., el. pl., p. 92; in aquosis circa **Travnik** (Bosnia), SENDTNER; in ins. **Veglia**, **Bornibo**, **Valle di Besca**, TOMMAS., l. c., p. 65. Addatur

*Var.* hybridus: floribus approximatis subternis fasciculatis, caule humiliore.

*Syn.* J. insulanus, viv., fl. cors. diagn., p. 5; vis., l. c. I, p. 412. J. hybridus; BROT., fl. lusit. I, p. 513. — *Icon.* RCHB., ic. germ., IX, fig. 881-887. —

*Hab.* circa lacum subsalsum **Morinje** prope **Sebenico** (Dalmatia).

Ad J. lamprocarpum, EHRH., vis., l. c. p. 413 adde locos in humidis circa **Sko-diegrn** in **Bjelagora** (Herczeg.), et circa **Riblje Jezero**, sub **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 22; a **Foinizza** ad **Busovatz** et **Travnik** (Bosnia), SENDTNER, et in **Valle di Besca** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. p. 65.

Ad J. bulbosum, WAHLENB., fl. lapp., p. 215 *Var.* β. (non L.) citetur J. Gehrardi, LOISL., RCHB., fl. exc., p. 95 et locum ad fossas circa **Cattaro** (Dalmat.), GRIS. in PANTK., l. c., p. 22. Adde J. compressum, JACQ., en. stirp. vind. p. 60 et 235 et GRIS. in PANTK., l. c., et locos ad fossas circa **Trebinje** (Herczegov.), et **Rjeka** (M. N.); in pratis vallis **Zeta** sub **Danilov Grad** et ad lacum **Scodranum** (M. N.), PANČ., l. c.; ad **Serajevo** supra **Lidjahan**, et **Kobilna Glava** usque ad **Tussinhan** (Bosnia), SENDTN., et in ins. **Veglia** in **Valle di Besca** (Dalm.), TOMMAS., l. c. p. 65. Dein addatur

**Juncus effusus**, L., sp. pl., p. 464; HOST, fl. austr. I, p. 446; RCHB., fl. exc., p. 93; GRIS. in PANTK., adn., p. 52.

J. culmo nudo tereti medulla farcto, vaginis radicalibus aphyllis, cyma decomposita effusa, floribus solitariis, perianthii phyllis subaequalibus lanceolatis acuminatis, capsula obovato-elliptica impresso-retusa perianthio fere breviori.

*Icon.* RCHB., ic. germ. IX, fig. 920; HOST, ic. gram. III, tab. 82; LEERS, fl. herborn., tab. 13, f. 2; DOD., pempt., p. 595, f. 2.

*Hab.* in humidis ad rivum **Susiča** prope **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., in hortis **Travnik** et a **Foinizza** ad **Travnik** (Bosnia), SENDT. Fl. aest. Perenn.

**Juncus conglomeratus**, L., sp. pl., p. 464; HOST, fl. austr. I, p. 446; RCHB., fl. exc., p. 93.

J. culmo nudo, subtiliter striato, medulla farcto, vaginis radicalibus aphyllis,

cyma decomposita compacta subrotunda, perianthii phyllis lanceolatis acutissimis, capsula obovata retusa styli basi mammillari terminata longioribus.  
*Icon.* RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCCVIII, fig. 942-43; HOST, icon. gram. austr. III, tab. 82; LEERS., fl. herborn., tab. 13, fig. 4; LAM., enc. bot., tab. 250, f. 4.

*Hab.* in paludosis a **Travnik** ad **Czenizza** (Bosnia), SENDT. Fl. Majo, Junio. Perenn. Non vidi.

**Juncus monanthos**, JACQ., en stirp. vind., p. 61 et 246; PANČ., el. pl., p. 92; PARLAT., fl. ital. II, p. 322.

J. cultmo filiformi basi vaginato, vagina suprema folio filiformi terminata, floribus 4-3 subsolitariis foliis floralibus involucratis, flore multo longioribus, perianthii phyllis subaequalibus, exterioribus lanceolatis aristatis, interioribus ovatis acutis, capsula elliptica triquetra longe mucronata perianthio sublongioribus.

Syn. *J. trifidus*, L., *Var. monanthos*, RCHB., fl. exc., p. 94. *Juncus Hostii*, TAUSCH, bot. zeit., 17, 2, p. 548; KOCH, syn. fl. germ., II, p. 841.

*Icon.* RCHB., ic. germ. IX, fig. 870-74; HOST, ic. gram. III, tab. 85.

*Hab.* in saxosis montis **Kom** (M. N.), PANČ. Fl. aest. Perenn.

**Juncus alpinus**, VILL., hist. des pl. du Dauph. II, p. 233; RCHB., fl. exc., p. 95; KOCH., syn. fl. germ. II, p. 842; GRIS. in PANTK., adn., p. 22.

J. culmo bifolio, vaginis carinatis, foliis loculoso-fistulosis, cymae capitulis axillaribus terminalibusque erectis, perianthii phyllis rotundato-obtusis aequalibus, capsula ovata mucronata brevioribus, exterioribus sub apice mucronulatis.

*Icon.* RCHB., ic. germ. IX, fig. 896-900, tab. CCCCIII.

*Hab.* in aquosis circa **Crno Jezero** sub **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. Fl. Majo, Jun. Perenn. Fructus nigricantes.

**Juncus pygmaeus**, THUILL., fl. paris., ed. II, p. 178; RCHB., fl. exc., p. 94; GREN. et GODR., fl. franc. III, p. 343; PARLAT., fl. ital. II, p. 358.

J. culmo nudo, foliis radicalibus subulato-setaceis canaliculatis, capitulo terminali solitario bi-trifloro, florum altero pedunculato, bractea inferiore patente aut adscendente, perianthii phyllis exterioribus linear-i-acuminatis, capsula ovata acuta longioribus.

*Icon.* RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCCIII, fig. 863; J. BAUH., hist. pl. II, p. 253; OED., fl. dan., tab. 1874.

*Hab.* in insula **Ossero** ad **Lossin** in sinu **Quarnero**, et circa **Zuppa** prope **Cat-**  
**taro** (Dalm.). Fl. aest. Annuus.

**Juncus supinus**, MOENCH., en pl. hass., n. 296 (1777); RCHB., fl. exc., p. 94;  
KOCH, syn. germ. II, p. 843; PARLAT., fl. ital. II, p. 347; GRIS. in PANTK.,  
l. c., p. 22.

J. culmo filiformi foliato, foliis subsetaceis convexo-canaliculatis, cymae ca-  
pitulis remotis, floribus subtriandris, perianthii phyllis aequalibus lan-  
ceolatis acutis, interioribus obtusis, capsula oblonga obtusa mucronata bre-  
vioribus.

*Icon.* RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCXCVII, fig. 882-883-884; MOENCH., l.  
c., tab. V; OED. fl. dan., tab. 1099.

*Hab.* in humidis ad rivulum **Sučica** prope **Danilov Grad** (M. N.), PANTK. Fl.  
aestate. Perenn.

Ad **Luzulas**, DC., vis., fl. dalm. I, p. 114 et suppl. p. 27 adde locos **Luzulæ**  
campestris, DESV., vis., l. c. in pratis circa **Dubovaz** in **Bjelagora** (Herceg.),  
in sylvis montis **Crna Planina** circa ovilia **Javorče** dicta, et in pascuis **Carina**  
infra **Kom** (M. N.), PANTK.; in pratis siccis ins. **Veglia** ad **Dobrinje**, **S. Maria**  
di **Capo** (Dalm.) TOMMAS., l. c., p. 65, et circa **Travnik** ad **Gradaschaz**, ad  
**Srebernik**, in monte **Vlassich**, et in **Ebendahin** (Bosnia), SENDT. Ad **Luzu-**  
**lam** campestrem *Var. β.* congestam, vis., l. c. adde syn. RCHB., fl. exc.,  
p. 94. RCHB., l. c. *Var. β.*

Ad **Luzulam** albida, DC., vis., l. c., adde locos in graminosis montis **Jastrebi-**  
**ca** in **Bjelagora** (Hercegov.) et in sylvis montis **Crna Planina** prope ovilia  
**Javorce** dicta, PANTK., l. c.; in sylvaticis vallis **Tara**, PANČ., l. c., p. 93 (M.  
N.), et in **Paschinkonak**, **Saridovich**, **Sebsche**, **Lubina**, et **Dobčispolje** (Bo-  
snia), SENDT.

Ad **Luzulam Forsteri**, DC., vis., fl. dalm., suppl. p. 28 adde locum in sylvis  
**S. Maria di Capo**, et **S. Elena** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 65.

— Addatur

**Luzula multiflora**, LEJEUN., fl. de Spa, I, p. 169. RCHB., fl. exc., p. 94; GRIS. in  
PANTK., adn., p. 22; PANČ., el. pl., pag. 93.

L. radice fibrosa, caule foliato, foliis linearibus longe acuminatis margine pi-  
losis demum glabratis, umbellae spicis ovatis sessilibus pedunculatisque, pe-  
rianthii phyllis acuminatis mucronatis capsula subrotunda obtusa mucro-  
nata sublongioribus.

**Syn.** *Juncus multiflorus*, EHRH., calam., n. 127. *J. erectus*, PERS., syn. I, p. 386. *L. erecta*, DESV., journ., bot. 4, p. 156.

**Icon.** RCHB., icon. germ. IX, tab. CCCLXXVII, fig. 838; OED., fl. dan., tab. 1333.

**Hab.** in sylvaticis montis **Gliva** prope **Trebinje**, circa **Billeki**, et in m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., et in pratis **Javorje** (M. N.), PANČIĆ, l. c.

**Var. β. nigricans**, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 847; umbellae spicis atro-fuscis approximatis, foliis sola basi pilosis. — **Syn.** *L. nigricans*, DESV., journ. de bot. I, p. 148; GRIS. in PANTK., l. c., pag. 22. — **Icon.** RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCLXXVI, fig. 836; HOST, ic. gram. IV, tab. 99; STURM, deutsch. fl., 77, n. 8. — **Hab.** in sylvaticis circa **Kovčice** ad pedem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. Fl. Majo, Junio. Perennis.

**Luzula spicata**, DC., fl. fr. III, p. 161; RCHB., fl. exc., p. 91 (excl. syn. DESV.), GRIS. in PANTK., l. c., p. 22.

*L.* caule foliato, foliis canaliculatis basi pilosis, florum capitulis interrupte spicatis, spica nutante, perianthii phyllis acuminatis mucronatis aristatis, capsula elliptica subrotunda triquetra mucronata paullo brevioribus.

**Syn.** *Juncus spicatus*, L., sp. pl., p. 169; HOST, fl. austr., I, p. 454.

**Icon.** RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCLXXIX, fig. 844; HOST, ic. gram. IV, tab. 100; OED., fl. dan., t. 270; fl. lapp. t. 10, f. 4.

**Hab.** in pascuis alpinis montis **Kom** (M. N.), PANTK. Fl. aest. Perennis.

**Luzula sylvatica**, GAUD., fl. helv. II, p. 568; RCHB., ic. germ. IX, p. 16.

*L.* caule foliato, foliis lanceolatis margine pilosis, capitulis apice trifloris, perianthii phyllis subaequalibus, exterioribus acuminato-mucronatis aristatis, interioribus obtusis capsulam ovatam triquetram subaequantibus.

**Syn.** *Juncus pilosus*, ♂. L., sp. pl., p. 468; *J. maximus*, REICHD., franco-franc., p. 974 (1772); HOST, fl. austr. I, p. 452. *J. sylvaticus*, HUDES., fl. angl., p. 151 (1762). *L. maxima*, DC., fl. fr. III, p. 160; RCHB., fl. exc., p. 92; GRIS. in PANTK., adn., p. 22; PANČ., el. pl. vasc., p. 92.

**Icon.** RCHB., ic. germ., IX, tab. CCCXC, fig. 861; HOST, ic. gram. III, tab. 98; Engl. bot. 737; MORIS., hist. pl. sect. 8, tab. 9, fig. 2.

**Hab.** in graminosis sylvaticis m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), in m. **Kom** et **Mali Durmitor**, PANTK., sub m. **Durmitor** et in **Kukurai Brdo** sub **Kom**, PANČ., l. c. (M. N.), et **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT. Fl. aest. Per.

**Luzula pilosa**, w., en. h. berol. I, p. 393; RCHB., fl. exc., p. 93; PARLAT., fl. ital. II, p. 296.

L. rhizomate brevi, caule foliato, foliis lanceolatis sparse pilosis, floribus corymbo-umbellatis proliferis, pedunculis fructiferis refractis, unifloris, perianthii phyllis late lanceolatis subaequalibus, exterioribus mucronatis, capsula ovata triquetra obtusa mucronata brevioribus.

Syn. *Juncus pilosus*, L., sp. pl., p. 468 (excl. nonn. syn.); HOST, fl. austr. I, p. 452; *Luzula vernalis*, DC., fl. fr. III, p. 60; GRIS. in PANTK., adn., pag. 22.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCLXXXI, fig. 848; HOST, ic. bot. III, tab. 100; Engl. bot., tab. 736; LEERS, fl. herborn., 13, f. 10.

Hab. in graminosis sylvaticis montis **Iastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), in sylvis circa ovilia **Javorče** dicta m. **Crna Planina**, et in m. **Kom** (M. N.), PANTK. Jul. Perenn.

**Luzula flavescens**, GAUD., agrost. II, p. 239; RCHB., fl. exc., p. 92; PARLAT. fl. ital. II, p. 293.

L. rhizomate stolonifero, caule foliato, foliis linearibus abbreviatis parce pilosis, floribus corymboso-umbellatis proliferis, pedunculis unifloris erectis, perianthii phyllis subaequalibus acuminatis late lanceolatis, capsula ovali triquetra mucronata brevioribus.

Syn. *Luzula Hostii*, DESV., in journ. bot. I, p. 140. *Juncus flavescens*, HOST, fl. austr. I, p. 450.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCLXXXIII, fig. 854; DESV., l. c., tab. 6, fig. 1; HOST, ic. bot. gram. III, tab. 94.

Hab. ab **Oussino** supra **Kiseljak**, **Turia**, **Podselovo**, ad **Ebendahin**, in monte **Vlassich**, et in **Mali Sandick** (Bosnia), SENDT. Fl. aest. Perenn.

#### IRIDEAE, JUSS.

VIS. fl. dalm. I, pag. 445.

**Iris florentina**, L., sp. pl. p. 55; RCHB., fl. exc., p. 82; BERTOL., fl. ital. I, p. 254; PARLAT., fl. ital. III, p. 272.

I. caule tereti glauco folia superante sub-trifloro, floribus pedunculatis, perianthii tubo ovario longiore, laciniis apice rotundatis, exterioribus oblongo-spa-

thulatis, interioribus oblongo-ellipticis basi angustatis, laciniis stigmaticis acutis, margine exteriore fimbriatis, rhizomate horizontali.

*Icon.* RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCXXXIX, fig. 766; CURT., bot. mag., tab. 671; SIBTH. et SM., fl. gr. I, tab. 39; REDOUT., liliac. I, tab. 23.

*Hab.* in saxosis **Koristna Greda** prope **Vucia** in **Bjelagora** (Herczeg.), PANTK., adn., p. 26. Fl. albi odori. Fl. vere. Perenn.

Ad Iridem germanicam, L. vis., fl. dalm. I, p. 446, excludatur syn. *I. illyrica*, THEOPRH. et auctor. veter, et post illam addatur

*Iris illyrica*, TOMMAS., vegl. Vegl., p. 63.

*I.* caule bifido subbifloro, foliis glaucis linear-ensiformibus falcatis longiore, floribus breviter pedunculatis altitudine subaequalibus, perianthii tubo ovarium aequante, laciniis omnibus apice rotundatis, exterioribus cuneato-spathulatis, interioribus obovatis, laciniis stigmaticis semiovatis acuminatis, rhizomate nodoso.

*Syn.* Iris Cengialti, AMBROS., fl. tyrol. austr. I, p. 643; KERNER, ueber *I. Cengialti* Wien 1871 (in Oesterr. bot. zeitschr., n. 9). *I. Clusiana*, TAUSCH., RCHB., fl. exc., p. 80 (fide Kern.). *I. germanica*, RCHB., ic. fl. germ. IX, p. 5, et herb. norm! non alior.

*Icon.* RCHB., icon. germ. IX, tab. CCCXXVIII.

*Hab.* in locis rupestribus **Cassione**, **Besca nuova**. **Scoglio S. Marco**, et montis **Triskavaz** in ins. **Veglia** (Dalmat.), unde misere dom. SMITH-GLENIE, et cl. TOMMASINI. Fl. pallide violacei, odore **Sambuci nigrae**, omni parte minores ac in *I. germanica* et *I. pallida*. Fl. Majo. Perennis.

*Obs.* Praetuli nomen antiquissimum *I. illyrica* plantae huic restitutum a cl. TUMMASINIO, utpote quod multo aptius, et regionem multoties majorem exprimens. — *Iris Clusiana*, TAUSCH, juxta icones a cl. RCHB. datas, valde dubia. Icon ipsa ibidem oblata ab. Auct. cl. pro *I. germanica*, huic *I. illyrica* referenda, teste TOMMASINIO in litt., juxta iconem Reichenbachianam, et ejusd. herb. normale.

*Iris pallida*, LAM., enc. bot. III, p. 294; RCHB., fl. exc., p. 82; PARLAT., fl. ital. III, p. 276; PANĆIĆ, l. c., p. 89.

*I.* caule subtereti folia superante sub-quadrifloro, floribus subsessilibns, perianthii tubo ovario subaequali, laciniis apice rotundatis, exterioribus obovato-spathulatis, interioribus late obovatis inferne angustatis, laciniis stigmaticis obtusis, margine exteriore dentatis, rhizomate horizontali.

**Syn.** I. odoratissima, JACQ., h. schoenbr. I, p. 5.

**Icon.** RCHB., ic. germ., IX, tab. CCCXL, fig. 767; REDOUT., liliac. 7, tab. 366; CURT., bot. mag., tab. 685; JACQ., l. c., I, tab. 9.

**Hab.** in rupestribus ad **Ostrog** et supra coenobium **S. Stephani, Morača** sup. (M. N.). Fl. pallide violacei ingrate olentes. Fl. Majo, Jun. Perenn. Legit PANČ. Non vidi.

**Iris variegata**, L., sp. pl., p. 56; HOST, fl. austr. I, p. 45; RCHB., fl. exc., p. 81; PANČ., el. pl. vasc., p. 89.

I. caule tereti folia glauca falcata subaequante, tri-quadrifloro, floribus pedunculatis, perianthii tubo ovario sublongiore, laciñis apice rotundatis, exterioribus basi angustatis spathulatis, interioribus oblongis, laciñis stigmatidis acutis, rhizomate nodoso.

**Icon.** RCHB., ic. germ., tab. CCCXXXIV, fig. 761; JACQ., fl. austr. I, tab. 5; REDOUT., liliac., tab. 292; CURT., bot. mag., tab. 16.

**Hab.** in saxosis supra **Graovo** (M. N.). Fl. lutei, laciñis exterioribus venis fuscis vel atropurpureis pictis. Fl. Majo, Junio. Perennis. Legit PANČ., sed non vidi.

Ad Iridem pumilam, L., vis., fl. dalm. I, p. 115 adde locos in apricis montis **Gliva** prope **Trebinje**, circa **Dubovac** in **Bjelagora** (Hercegov.), et in saxosis **Orsova Skala** sub monte **Kom** (M. N.), PANTK., l. c.

Ad Iridem gramineam, L., vis., l. c., p. 117 adde locos inter dumeta circa **Dubovac** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., l. c.; in graminosis sylvestribus montis **Durmitor** (M. N.), PANČ. el. pl. vasc., p. 89, et in monte **Organ** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMASIN., l. c., p. 68.

Ad Iridem **Pseudoacorus**, L., vis., fl. dalm., l. c. adde locos in lacu **Scodrano** (M. N.) PANČ., l. c., et ad lacus et fossas **Capriccio, Panighe, Valle di Besca** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Crocum reticulatum, STEV. VIS., fl. dalm. I, p. 118 adde locum in pratis saxosis ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., veg. Vegl., p. 68 (sub C. variegato HOPP.).

Ad Crocum vernum, ALL., vis., fl. dalm. I, p. 118 adde locum in declivibus herbidis montis **Durmitor** in jugo excelso **Sljeme** (?) M. N. PANČ. el. pl., p. 89, et **Bukovizza** prope **Travnik** (Bosnia), SENDT. Adde *Var.* parvifloram GAY in FERUSS., ann. des sc. nat., 1827, t. 11, p. 374: florum limbo pollicari. **Hab.** ad nivem deliquescentem in monte **Jastrebica** in **Bjelagora** (Her-

cegov.), in pascuis alpinis **Carina** dictis infra Kom (M. N.), PANTK., adn., p. 26, et ad **Han Koprilniza**, et prope **Travnik** (Bosnia), SENDTNER. — Dein addatur

**Crocus banaticus**, HEUFFL., bot. zeit., 1835, p. 255; RCHB., ic. germ., IX, p. 40.

Cr. tunicis nervosis demum in fibras solutis, foliis coactaneis lanceolato-linearibus subgeminis, spatha univalvi, perianthii partitionibus oblongo-ovatis, obtusis, fauce nuda obscuriore, stigmatibus inclusis stamina superantibus tubuloso-dilatatis crenulato incisis.

*Icon.* RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCLXI, fig. 800-804.

*Hab.* prope **Travnik** (Bosnia), sed sine tubere, SENDT. (M. N.); in **Cettinje** in dumetis, PANČ., l. c., p. 89. Flores violacei, venis obscurioribus. Fl. vere. Perenn.

**Obs.** In diagnosi Reichenbachiana tunicae tuberum dicuntur **parallele nervosae**, in iconে vero sunt reticulatae.

Ad **Gladiolum segetum**, GAWL., VIS., l. c., p. 122 adde locum inter segetes circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., adn., p. 26, et ins. **Veglia, Bornibo, S. Elena** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad **Gl. triphyllum**, SIBTH., VIS., l. c., p. 123 adde locum ad scopulos ins. **Curzola** (Dalm.), BOTTERI; in pascuis vallis **Jazina** prope **Orahovac**, circa **Dubovac**, in valle **Raduš Brodo** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 26, et in saxosis clivi **Granica** prope **Cettinje** (M. N.). PANČ., l. c., pag. 89.

Ad **Gl. illyricum**, KOCH, VIS., l. c. adde locum in pratis humidis circa **Skodjegrn** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c., et postea addatur

**Gladiolus imbricatus**, L., sp. pl., p. 52; HOST, fl. austr., p. 44; RCHB., fl. exc., pag. 83.

**Gl. spica multiflora**, floribus secundis approximatis, laciniis perianthii lateribus rhombeo-ovatis, antheris filamento brevioribus, laciniis stigmaticis sensim dilatatis papilloso-ciliatis, foliis lineariformibus, tunicis radicalibus dense et parallele nervosis, nervis superne reticulatis.

*Icon.* RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCL, f. 778; STURM., deutsch. fl., tab. 83-4.

*Hab.* a **Czenizza** supra **Kalocsin** ad **Sutynska** (Bosnia), SENDT. Fl. rubro-violacei. Fl. aestate. Perenn. Non vidi.

## AMARYLLIDEAE, R. BR.

VIS. fl. dalm. I, p. 423.

Ad Leucojum aestivum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 426 adde locum a **Sellenichi** ad **Brod** (Bosnia), SENDT.

Ad Galanthum nivale, L., VIS., l. c. adde locum in sylvaticis ins. **Veglia** (Dalmat.). Doct. CUBICH in TOMMAS., veg. Vegl., p. 63.

Ad Narcissum poeticum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 427 adde locum in monte **Vlassich** (Bosnia), SENDT.

Ad Narcissum radiiflorum, SALISB., VIS., l. c. III, p. 351 adde locum in graminosis montis **Leutor** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., adn., p. 26, et in herbidis saxosis sub m. **Sutorman** (M. N.), PANČ., el. pl., vasc., p. 89.

## LILIACEAE, DC.

VIS., fl. dalm. I, pag. 429.

Ad Fritillariam messanensem, RAFIN., VIS., fl. dalm. III, p. 351 adde locum in m. **Kom**, et in **Perušica Dol** infra **Kom** (M. N.), in rupestribus m. **Gliva** prope **Trebinje**, et in m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., l. c., pag. 23-24.

Ad Fritillariam montanam, HOPP., VIS., fl. dalm. I, p. 434 adde locum circa **Cattaro** (Dalm.), **Neeviće** (Herceg.) et **Rjeka** (M. N.), PANTK., l. c., p. 24; in saxosis clivi **Granica** prope **Cettinje**, et sub **Crvena Stijena** in m. **Durmitor** (M. N.), PANČ., l. c., p. 90, et in ins. **Veglia** (Dalm.) ad **Maltempo**. Dom. SMITH in TOMMAS., veg. Vegl., p. 94.

Ad Lilium Cattaniae, VIS., fl. dalm., suppl., p. 64 adde locum in sylvaticis montis **Gliva** supra **Trebinje** (Herceg.), et in **Perušica Dol** infra **Kom** (M. N.). PANTK., l. c., p. 24, et Syn. **L. Martagon** dalmaticum MALY in VAN HOUTTE, fl. des serr. XX, p. 424, t. 2127.

Ad Lilium Martagon, L., VIS., fl. dalm. I, p. 432? adde locum **Sutynska** usque ad **Boroviza** (Bosnia), SENDT., et in dumetis ad **Grahovo** (M. N.), PANČ., el. pl., p. 90. Sed non vidi. An idem ac **L. Cattaniae**?

**Lilium albanicum**, GRIS., sp. fl. rum. II, p. 385; PANTK., l. c., pag. 24; PANČ., el. pl., p. 90.

L. foliis lanceolatis, superioribus acuminatis, margine scabris, subtus glabris, mediis confertis, flore nutante, perianthii phyllis oblongo-linearibus apice callosis revolutis, nervis lateralibus susflexuosis, antheris flavis, fructu linearri-oblongo.

*Hab.* in pascuis alpinis m. **Prologh** supra **Sinji** (Dalm.), Doct. G. ROICH.; in **Bjele Carini** m. **Kom**, **Sinnjavina Planina**, et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et in pratis montis **Javorje**, PANČ. Fl. flavi. Fl. Jun. Perenn.

Ad **Lilium carniolicum**, BERNH., VIS., fl. dalm. I, p. 432 adde locum in pratis sub m. **Durmitor** versus jugum **Stulac** (M. N.), PANČ. l. c., p. 90?, in monte **Vlassich** (Bosnia), SENDT. et in diagn. adde; fructum ellipticum.

Ad **Tulipam sylvestrem**, L., VIS., fl. dalm. I, p. 483 addatur syn. **Tulipa Grisebachiana**, PANTK., n. sp., in Oest. bot. Zeitschr. XXIII, n. 9, p. 265 et adnot., p. 23. *Hab.* in rupestribus montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.). Fl. Majo. Perenn. — **Obs.** Perianthii phylla variant dorso viridula, vel unicolora flava; apice omnia pubescentia vel glabra, vel exteriora tantum basi pubescentia, caeteris barbatis; folia latiuscula vel angusta. Hinc species T. Grisebachiana PANTK. infirmis characteribus praedita non distinguenda.

Ad **Allium saxatile**, L., VIS., fl. dalm. I, p. 433 adde locum in saxosis sub monte **Lovčen**, **Velika Jastrebica**, **Bjela Gora** et ad **Mercenov Do** sub m. **Kom** (M. N.), PANČ., l. c., p. 94.

Ad **Allium fallax**, SCHULT., VIS., l. c., p. 434 adde locum ins. **Veglia** ad **Besca nuova** et circa **Panighe** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64.

Ad **Allium roseum**, L., VIS., l. c., p. 435 adde locum in graminosis circa **Ragusa** et **Gravosa** (Dalm.), et ad **Trebinje**, **Podgliva**, **Pridvorice** (Herc.) PANTK., l. c., p. 24, et ad sepes et in cultis circa **Dobrinje**, **Veglia**, **Capriccio**, **Campi** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64.

Ad **Allium neapolitanum**, CYR., VIS., fl. dalm. I, p. 435 adde locum in graminosis et in horto publico circa **Zara** (Dalm.), PANTK., l. c., p. 24.

Ad **Allium nigrum**, L., VIS., fl. dalm. I, p. 437 adde locum in saxosis ad **Ostrog** et inter vineas ad **Klopot** distr. **Bratonožići** (M. N.), PANČ., l. c., p. 94.

Ad **Allium pulchellum**, DON, VIS., fl. dalm., suppl., p. 33 adde locum in saxosis m. **Javorje** (M. N.) PANČ., l. c., p. 92 et syn. A. carinatum  $\beta$ . capsulifrum, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 832.

Ad Allium pallens, SIBTH. et SM. non L., praepone nomen **A. paniculati**, L., sp. pl., p. 128, et adde loca in saxosis circa **Sindžon** (M. N.), PANTK., l. c., p. 24, et in herbidis apricis ins. **Veglia** (Dalm.) circa **Besca nuova** et **vecchia**, m. **Organ.** TOMMAS., veg. di **Veglia**, p. 65.

Ad Allium flavum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 138 adde locum in saxosis circa **Ceklin** et **Stavniki** (M. N.), PANTK., l. c., p. 24; in rupestribus montis **Sutorman** (M. N.), PANČ., l. c., p. 92.

Ad Allium Porrum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 140 et suppl., p. 33 adde locum in cultis ins. **Veglia** et ad **Besca** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64.

Ad Allium Ampeloprasum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 141 ad locum inter vineas ad **Klopot** distr. **Bratonožici** (M. N.), PANČ., l. c., sed non vidi.

Ad Allium sphaerocephalon, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum circa **Cattaro** ad pedem montis **Vermač** (Dalm.) et circa **Cerovo**, **Rogami**, **Bioče**, **Kruševiza**, **Lukovo**, **Sljvie** (M. N.), PANTK., l. c., et ad **Capriccio**, **Cassione**, **Veglia**, **Plavnik**, **Besca vecchia** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64, et inter **Travnik** et **Scopia** (Bosnia), SENDT.

Ad Allium margaritaceum, SIBTH. et SM., VIS., l. c. adde locum in saxosis ad **Cettinje** (flore roseo) (M. N.). PANČ., l. c.

Ad Allium fuscum, WALDST. et KIT., VIS., l. c., p. 139 adde locum in rupestribus **Cettinje** et supra **Grahovo** (M. N.), PANČ., l. c., sed non vidi.

Post Allium intermedium, LAM. adde

**Allium oleraceum**, L., sp. pl., p. 429; HOST, fl. austr. I, p. 422.

A. caule tereti, ad medium folioso, foliis linearibus canaliculatis scabridis subtus striatis, spathae bivalvis valva altera longissima, umbella effusa bulbillifera, pedunculis subaequalibus nutantibus pendulisque, perianthii cam panulati phyllis elliptico-oblongis obtusis genitalia inclusa aequalibus.

**Syn.** Codonoprasum oleraceum, RCHB., fl. exc., p. 144.

**Icon.** RCHB., ic. germ., X, tab. CCCCLXXXVII, fig. 1067; Engl. bot., t. 488; HALL. de All., n. 26, f. 2.

**Hab.** in dumetis et sylvis **Besca vecchia**, et m. **Triskavaz** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., veg. Vegl., p. 61. Fl. aestate. Fl. albo-virentes, vel sordide rubelli. Perenn.

**Var.** β. complanatum: FRIES nov., ed. II, p. 85; PANTK., l. c., p. 24: foliis tres lineas latis planis. — **Icon.** HALL. de All., n. 24, t. 2, fig. dextr. —

*Hab.* in pratis ad **Riblje Jezero** prope pagum **Kovčice** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK.

**Allium carinatum**, L., sp. pl. p. 426; HOST, fl. austr., I, p. 422; RCHB., ic. germ., X, p. 20; TOMMAS., veg. Vegl. p. 64.

A. caule tereti, ad medium folioso, foliis linearibus canaliculatis laevibus, apice planis, 3-5-striatis, spathae bivalvis persistentis valva altera longissima, umbella effusa, pedunculis nutantibus pendulisque, perianthii campanulati phyllis oblongis apice concavis obtusis.

**Syn.** *Codonoprasum carinatum*, RCHB., fl. exc., p. 444, *Allium flexum*, w., KIT., III, p. 307. *A. flexuosum*, HOST, fl. austr. I, p. 422.

**Icon.** RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCLXXX, fig. 4057; w. et KIT., I. c. III, tab. 228.

*Hab.* in dumetis sylvaticis ad **Besca vecchia** et in m. **Triskavaz** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS. Fl. aestate. Fl. violacei. Perenn. Non vidi.

Ad *Scillam autumnalem*, L., VIS., I. c., p. 442 adde locum in saxosis distr. **Cuci**, et in campis circa **Grahovo** (M. N.), PANČ., I. c., p. 94, et in ins. **Veglia** ad **Capriccio** (Dalm.), TOMMAS., I. c., p. 94.

Ad *Scillam bifoliam*, L., VIS., fl. dalm. I, p. 443 adde locos **Veglia** et **Capriccio** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., I. c., pag. 64; in dumetis ad **Cettinje** (M. N.), PANČIC, I. c., p. 94, et a **Bukovizza** ad **Travnik**, et in m. **Vlassich** supra **Oresch**, in **Mali Sandick** et alibi (Bosnia), SENDTN.

Ad *Scillam pratensem*, w. et KIT: VIS., fl. dalm. I, p. 443 adde locos in saxosis montis **Gliva** prope **Trebinje**, et in **Jastrebica** ad **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., I. c., et inter **Lastva** et **Ostrog** per totum distr. **Ceklići** et **Cuci** (M. N.), PANČ. I. c.

Ad *Ornithogalum umbellatum*, L., VIS., fl. dalm. I, p. 445 adde locos in graminosis montis **Leutor** prope **Trebinje**, et circa **Dubovaz** in **Bjelagora** (Hercegov.); ad **Cettinje** et supra **Boljevici** distr. **Crmnica** (M. N.) PANČ., I. c., p. 94; in **Gucziagora** et ad **Vares** ad **Samishovazhan** (Bosnia), SENDT.; dein ad **Dobrinje**, **Besca nuova** et **Rastopatno** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., I. c. p. 64. — Adde

**Ornithogalum ruthenicum**, BOUCHÈ in KUNTH, en. pl. IV, p. 363, fide PANČ., el. pl. vasc., p. 94.

O. foliis scapo multifloro duplo longioribus, pedunculis inaequalibus patentibus refractisve, bracteis lanceolato-linearibus scariosis pedunculo suo duplo

brevioribus, perianthii phyllis inaequalibus, interioribus paullo latioribus obtusis apice cucullato-callosa terminatis, staminum filamentis basi dilatata contiguis, internis multo latioribus.

*Hab.* in asperis trachyticis sub **Crvena Stijena** m. **Durmitor** (M. N.). Fl. extus virescentes. Fl. Mart. Perenn.

*Obs.* Species dubia e specimine deflorato nominata et descripta a prof. PANČIĆ. Bulbus non prolifer. Non vidi.

Ad **Ornithogalum comosum**, L., vis., fl. dalm. I, p. 146 adde locum in rupestribus **Cassione**, **Valle di Besca**, **S. Maria di Capo** et m. **Organ** in insula **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 164. — Adde

**Ornithogalum divergens**, BOREAU, not. 36, n. 3 et fl. centr., ed II, pag. 507; GREN. et GODR., fl. de Fr. III, p. 190; PANTK., adn., p. 24.

**O.** foliis linearibus rectis canaliculatis, linea alba longitudinali notatis, scapo multifloro subaequalibus, pedunculis inaequalibus patentibus, post anthemis refractis, bracteis lanceolato-linearibus acuminatis pedunculo suo brevioribus, staminum filamentis subulatis.

*Syn.* **O. refractum**, PARL., fl. palerm., I, p. 386; TOMMAS., veg. Vegl., p. 64, excl. syn. omnibus.

*Hab.* circa **Zara** et **Ragusa** (Dalm.), **Trebinje** et **Billeki**, in pratis vallis **Medov** infra **Jastrebica** et in m. **Jastrebica** (Herc.), circa **Javorce** in m. **Crna Planina**, in pascuis montis **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. Fl. extus virides, intus albi. Fl. vere. Perenn.

Ad **Ornithogalum exscapum**, TENOR., VIS., fl. dalm. I, p. 145, adde syn. **O. refracti**, w., KIT., TOMM., l. c., p. 64, et locum ins. **Veglia** (Dalm.).

Ad **Ornithogalum pyrenaicum**, L., VIS., fl. dalm., III, p. 352 adde locum in graminosis inter dumeta circa **Trebinje** et **Vucia** in **Bjelagora** (Hercegov.), et **Cettinje** (M. N.), PANTK., l. c., p. 24, in dumetis sub m. **Sutorman** vallis **Crmnica** (M. N.), PANČ., el. pl. vasc., p. 91. — Huc quoque ducō **O. sulphureum**, ROEM. et SCH., syst. veg. VII, p. 159; TOMMAS., in veg. Vegl., p. 61 (Dalm.) in locis ejusdem insulae **Veglia**, **Besca nuova**, **Plavnik**, **Bornibo**, **Rastopatno**, et scopulo **S. Marco**. Crescit quoque ad **Czenizza** et **Foinizza** (Bosnia), SENDTN., nec differt ab **O. pyrenaico**, L.

Ad **Ornithogalum narbonense**, L. VIS., l. c., p. 146 adde locum inter segetes circa **Trebinje** (Hercegov.), PANTK., l. c., p. 24. Post adde

**Ornithogalum Visianicum**, TOMMAS.

*O.* foliis glaucescentibus immaculatis late linearibus, racemo pyramidali multifloro, pedunculis floriferis patentibus bracteam ovatam sensim acuminato-setaceam superantibus, fructiferis erectis scapoque adpresso, perianthii phyllis oblongis 3-7-nerviis unicoloribus planis obtusis, alternis apice crassiusculis, staminibus tertia parte perianthio brevioribus, filamentis ovalibus apice subulatis, ovario ovato apice angustato.

*Icon.* vis., fl. dalm., suppl. alter, f. 4.

*Hab.* copiose locis rupestribus solo tophaceo insulae **Pelagosa**, quae extrema ins. dalmaticarum, et inter Dalmatiā et Siciliā fere media.

Flores citrino-virescentes, nervis virentibus. Fl. Majo, Junio. Perenn. Legit Majo anni 1874 ERNESTUS TOMMASINI, et mihi dicavit pater ejus cl. JOSEPH MUTIUS TOMMASINI.

*Descr.* Bulbus ovatus solidus, simplex, acuminatus, basi truncatus nudus, circum fibris crassiusculis obvallatus. Folia unicolora. Stamina vix alterne longitudine inaequalia. Stylus staminibus subaequalis. Stigma capitatum.—Affine *O. narbonensi*, L., a quo differt floribus duplo majoribus, et perianthii phyllis elliptico-linearibus, planis (nec margine sursum involutis), unicoloribus (nec dorso viridulis) et undequaque citrinis, et ovario ovato, apice attenuato (nec subrotundo), retuso aut emarginato. Folia etiam latiora in nostro, quod consonat cum totius plantae habitu robustiore. — *O. sulphureum*, differt phyllis linearibus margine involutis.

Ad Gageam arvensem, SCHULT., vis., fl. dalm. I, p. 147 adde locum in agris circa **Trebinje** et in monte **Drača** prope **Pridvorce** (Herceg.), PANTK., I. c., p. 23. — Addatur

*Gagea lutea*, ROEM. et SCHULT., syst. veg. 7, p. 438; RCHB., fl. exc., p. 108; PANTK., adn., p. 23.

G. bulbo ovato, folio radicali unico linear-lanceolato plano, bracteis geminis suboppositis ciliatis, pedunculis glabris, perianthii phyllis oblongis obtusis.

*Syn.* *Ornithogalum luteum*, L., sp. pl., p. 439; BOST., fl. austr. I, p. 429.

*Icon.* RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCLXXVII, fig. 1044; Engl. bot., t. 24.

*Hab.* in sylvaticis **Perušica** **Dot** infra m. **Kom** (M. N.), PANTK., et a **Bukovizza** ad **Travnik**, et in monte **Vlassich** (Bosnia), SENDT.

Ad *Muscari botryoides*, MILL., vis. fl. dalm., I, p. 140 adde locum in saxosis graminosis m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), et in m. **Kom** (M. N.),

- PANTK., l. c., p. 24, et a **Bukovizza** ad **Tavnik** et in m. **Vlassich** (Bosnia),  
SENDT.; in sylvestribus m. **Sutorman** (M. N.), PANC., l. c., p. 92.
- Ad M. racemosum, MILL., VIS., l. c. adde locum in agris et graminosis circa  
**Trebinje** et **Billeki** (Herceg.), et in cultis et vineis ad **Bescanova**, **Dobrinje**,  
**Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 65.
- Ad M. comosum, MILL., VIS., l. c. adde locum in agris circa **Ragusa** (Dalm.),  
ad **Trebinje** et **Billeki** (Herceg.), et **Cettinje** (M. N.), PANTK., l. c., et in her-  
bidis sub monte **Lovčen** (M. N.), PANC., l. c., p. 92. — **Syn.** Leopoldia co-  
mosa, PARLAT., fl. palerm. I, p. 263. — Dein adde  
**Muscari neglectum**, GUSSON. in TENOR., fl. neap. syll., app. V, p. 13, et syn.  
fl. sic. I, p. 411; PANTK., l. c., p. 24.
- M. foliis latiuscule linearibus canaliculatis, demum laxis, scapum subaequantibus,  
racemo brevi densifloro, floribus pedunculatis nutantibus, superioribus  
neutris erecto-patentibus, perianthio oblongo, dentibus obtusis recurvis.
- Syn.** Botryanthus neglectus, KUNTH, en. pl. IV, p. 679; PARLAT., fl. ital. II,  
pag. 502.
- Hab.** in graminosis circa **Trebinje** ad flumen **Trebinjsica** (Herc.), PANTK., l. c.  
Fl. saturate cerulei. Fl. vere. Perenn. — **Qbs.** M. moscatum, w., citatur  
a SENDT. in ejusdem Catalogo plantarum Bosniacarum sub n. 1228 utpote  
lectum a **Czenizza** supra **Kolascin** ad **Sutyska**, sed deest in herbario suo in  
Museo monacensi servato.
- Ad Anthericum **Liliago**, L., VIS., fl. dalm. I, p. 151 adde locum in lapidosis m.  
**Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., et in pratis ad **Maltempo** in  
ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.
- Ad Anthericum ramosum, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum in collibus sylva-  
ticis ad **Veglia**, **Capriccio**, **Castelmuschio** (Dalm.), veg. Vegl., p. 64 TOMM.,  
l. c.; in lapidosis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), et iisdem locis  
**Vucia Gorna** dictis prope **Guozd Han** (M. N.), PANTK., l. c., p. 25, et supra  
**Suiljaga** ad **Koprilnizza** (Bosnia), SENDT.
- Ad Asphodelum album, MILL., VIS., fl. dalm. I, p. 153 adde locum in herbidis  
ad **Guozd**, et in pratis alpestribus sub m. **Durmitor** (M. N.), PANC., l. c.,  
p. 90; in graminosis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), et in **Virusa Dol**  
infra montem **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c., p. 25, et in monte **Prologh**  
(Bosnia), SENDT.
- Ad A. microcarpum, VIVIAN., VIS., fl. dalm., suppl., p. 36 (A. ramosum, L.,

- vis., fl. dalm. I, p. 153) adde locum in saxosis m. **Gliva** prope **Trebinje**, et in valle **Jazina** prope **Orahovaz** in **Bjelagora** (Herc.), PANTK., l. c., p. 25.
- Ad **A.** fistulosum, L., vis., fl. dalm. I, p. 153 adde locum in herbidis circa **Ragusa** (Dalm.), et ad **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.
- Ad Asphodelinem creticam, vis., l. c. muta nomen in **Asph. liburnicam**, RCHB., et adde locum in saxosis m. **Lastva Čevska** supra **Voiniči**, PANTK., l. c. (M. N.) et in dumetis supra coenobium **Ostrog** (M. N.), PANČ., l. c., p. 90.
- Ad Asphodelinem luteam, RCHB., vis., l. c. adde locum in asperis **Pisine Strane** distr. **Katunska** (M. N.), PANČ., l. c., et in lapidosis circa **Ragusa** (Dalm.) et **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., et sub **Asphodelo luteo**, L., TOMMAS. veg. Vegl., p. 64 in apricis rupestribus collium **Bescanova**, **Bornibo**, **Dobrinje**, **Veglia** in ins. **Veglia** (Dalmat.).
- Ad Erythronium Dens canis, L., vis., fl. dalmat. I, p. 154 adde locum in sylvaticis m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., l. c., p. 23, et a **Gradaschaz** usque ad **Srebernik** (Bosnia), SENDT.

### C O L C H I C A C E A E, DC.

vis., fl. dalm. I, p. 153.

- Ad Veratum album, L., vis., fl. dalm., l. c. adde locum in pratis montis **Leutor** prope **Trebinje**, in **Medov Dol**, circa **Begora Korita** infra m. **Jastrebica**, in eodem et in valle **Raduš Brodo** in **Bjelagora** (Herceg.), in **Virusa Dol** et in m. **Crna Planina**, in pascuis m. **Kom**, **Sjnnjavina Planina** in **Mali Durmitor**, et in pratis **Lastva Čevska** dictis supra **Voiniči** (M. N.), PANTK., l. c., p. 23; in pratis pinguis sub monte **Durmitor** (M. N.), PANČ., el. pl., p. 92; ab **Oussino** supra **Kiseljak**, **Turia**, **Podselovo**, a **Travnik** ad **Bukovizza** et alibi (Bosnia), SENDTN. — Huic adde *Var. β.* **Lobelianum**, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 836: floribus dilute viridibus, obscurius venosis. — **Syn.** V. **Lobelianum**, BERNH. in TROMMOSDORF, journ., vol. 16, p. 200; RCHB., fl. exc., p. 97. — **Icon.** RCHB., ic. germ., X, tab. CCCCXXII, fig. 338. — **Hab.** a **Borovizza** supra montem **Ponikva** ad **Varesch**, et a **Mali Sandik** ad supra **Baklari** in m. **Vlassich** (Bosnia), SENDT.

- Ad Veratum nigrum, L., vis., l. c. adde locum in pratis m. **Lastva Čevska** dictis supra **Voiniči** (M. N.), PANTK., l. c., et in herbidis ac saxosis in Nich-

**sička Zupa** (M. N.), PANCÍČ, l. c., et a **Begir-Beg-Konak** ad **Suiza** (Bosnia),  
SENDTNER.

Ad Colchici, sp. VIS., l. c., p. 156 adde

**Colchicum autumnale**, L., sp. pl. p. 485; HOST, fl. austr. I, p. 403; RCHB., fl.  
exc., p. 98; PANCÍČ, el. pl. vasc., p. 92.

C. foliis hysteranthiis late lanceolatis, utrinque attenuatis, perianthii limbo suo  
multo brevioris laciniis undulato-nervosis lanceolatis unicoloribus.

**Icon.** RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCXXVI, fig. 949; Engl. bot., t. 133;  
STURM, deutsch, fl. 4. 3; GAERTN., de fr. et sem. I, tab. 18.

**Hab.** in pratis sub monte **Durmitor** (M. N.), PANCÍČ, l. c., et ad **Vranduk** prope  
**Sebsche** (Bosnia), SENDT. Fl. autumno. Fl. rosei. Perenn. Non vidi.

**Obs.** In asperis et apricis (M. N.) crescit alia forma capsulis basi obtusis pro-  
funde umbilicatis, fide PANCÍČ., l. c., qui florentem plantam non vidit.

Ad **Colchicum Bivonae**, GUSS., VIS., fl. dalm., I. 156 adde synonimon **Colchici**  
**Visianii**, PARLAT., fl. ital. II, p. 175 et **Obs.** sequentem.

**Colchicum Bivonae**, VIS., cl. PARLATORE videtur *forsitan* nova species ob laci-  
nias perianthii utrinque attenuatas et venas earumdem rubro reticulatas.  
Equidem Colchicom GUSSONE et meo attente consideratis et horum cha-  
racterum variabilitate saepius observata, nempe laciniis ludere perianthii  
nunc latioribus nunc angustioribus, nunc basi nunc utrinque attenuatis,  
nunc omnibus apice obtusis, nunc solum exterioribus, bulbo etiam nunc  
ovato-oblongo nunc subrotundo in utroque, in sententiam jam prolatam  
confirmari mihi posse videor has plantas unicam eamdemque speciem con-  
ficere. — Huic pertinet icon RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCXXVII, sed  
floribus non tessellatis.

Ad **Colchicum montanum**, L. (**Colchicum Bertolonii**, STEV., VIS. fl. dalm. I.  
p. 156, et suppl., p. 36) adde locum in saxosis ad pedem m. **Gliva** prope  
**Trebinje** (Dalmat.), PANTK., l. c. Adde

**Colchicum Kochii**, PARLAT., fl. ital. III, p. 188; TOMMAS., veg. Vegl., p. 65.

C. foliis hysteranthiis lanceolato-linearibus, utrinque attenuatis, canaliculatis,  
viridibus, perianthii limbo tubo suo subtriplo brevioris laciniis anguste li-  
neari-lanceolatis recte nervosis, unicoloribus, interioribus paullo minoribus,  
stylis apice incurvis.

**Syn.** C. arenarium, KOCH, syn. fl. germ., II, p. 836 non WALDST. et KIT.

**Hab.** in locis herbidis **S. Maria di Capo**, et in scopolis **S. Marco** et **Pervichio**

ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c. Flor. rosei. Fl. Octobri, Novembri. Perenn.

**Obs.** Ab hoc differt **C. arenarium**, W. et KIT., floribus majoribus, laciis perianthii latioribus, oblongo-lanceolatis, apice obtusis dilatatis, stylis rectis. Folia quoque ex viridi albescunt.

### S M I L A C E A E, R. BR.

vis., fl. dalm. I, p. 458.

Ad Paridem quadrifoliam, L., vis., l. c., p. 459 adde locum in sylvaticis **Viruša Dol** infra montem **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c., p. 25, et in summitate **Mali Sandwick** (Bosnia), SENDT. Adde RCHB., ic. germ. X, tab. 430.

Ad Ruscum aculeatum, L., vis., fl. dalm. I, p. 459 adde locum in saxosis et in dumetis ad pedem m. **Vermač** prope **Cattaro** (Dalmat.), circa **Trebinje**, **Nedvieče**, **Grančarevo** (Herceg.), et **Rjeka**, **Monastir Duga** et **Povia** (M. N.), PANTK., l. c.; in saxosis ad **Ostrog** et supra **Grahovo** (M. N.), PANČ., l. c., p. 90; in nemorosis siccis **Bornibo**, m. **Triskavaz**, **Capriccio**, **S. Elena**, **Campi**, in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64, et ad **Vranduk** prope **Sebsche** (Bosnia), SENDT.

Ad Asparagum officinale, L., vis., fl. dalm. I, p. 480 adde locum in ins. **Veglia** (Dalm.) A M. SMITH, et in ins. **Lesina** (Dalmat.), prof. STALIO.

Ad Asparagum tenuifolium, LAM., vis., fl. dalm., III, p. 352 adde locum in sylvestribus **Niksička Zupa** (M. N.). PANČ., el. pl., p. 89, in umbrosis circa **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., l. c., et in sylvaticis herbidis m. **Triskavaz**, **Bescanova**, **Veglia** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 63, et RCHB., ic. germ., tab. DXIX, fig. 9691.

Ad Asparagum scabrum, BRIGN., vis., fl. dalm. I, p. 401 adde locum in solo salso argilloso ad **Capriccio**, **Val Saline**, ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et sub **A. marino** CLUS., RCHB., fl. exc., p. 448 et ic. germ., X, tab. DXX, fig. 970-74; et in lapidosis m. **Gliva** et **Drača** prope **Trebinje** et circa **Billeki** (Hercegov.), PANTK., l. c., p. 25.

Ad Asparagum acutifolium, L., vis., fl. dalm. I, p. 461 adde locum in dumetis circa **Trebinje** et **Billeki** (Herceg.), et **Rjeka** (M. N.), PANTK., l. c.; in saxosis ad **Gettinje**, **Ostrog**, **Danilov Grad**, et **Vir** (M. N.), PANČ., l. c.; in dumetis

tis et sepibus ad **Veglia**, **Bornibo**, **Cassione**, **S. Maria di Capo** ins. **Veglia** (Dalm.). TOMMAS., l. c., et icon. RCHB., ic. germ., X, tab. DXX, fig. 972.

**Usus.** Ex aqua cocta turiones praestant in acetariis.

Ad Smilacem asperam, L., VIS., l. c., p. 161 adde locum in sylvaticis calidioribus ad **Veglia**, **Capriccio** et **Castelmuschio** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 65, et in saxosis ad **Vir** distr. **Crmnica** (M. N.), PANČ., l. c., p. 90, et adde iconem RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCXXXVIII, fig. 970.

Ad Convallariam majalem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 162 adde locum in sylvaticis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), et in **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 21, in sylvaticis m. **Durmitor** versus m. **Stulac** (M. N.), PANČ., l. c., p. 89, et in monte **Vlassich** (Bosnia), SENDT.

Ad Convallariam Polygonatum, L., VIS., l. c., p. 162 adde locum in **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c. (sed locus ibidem datus erroneus ex auct. in litt.), et sub m. **Lovčen** (M. N.), PANČ., l. c., p. 80, et circa **Borovizza** (Bosnia), SENDT. Adde RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCXXXIV, fig. 964.

Ad Convallariam multifloram, L., VIS., l. c. adde locum in sylvaticis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), et a **Borovizza** supra montem **Ponikva** ad **Varesch** (Bosnia), SENDT. Adde quoque iconem RCHB., ic. germ. X, t. CCCCXXXIII, fig. 962. — Addatur

**Convallaria verticillata**, L., sp. pl., p. 451; HOST, fl. austr. I, p. 440; RCHB., fl. exc., p. 100; PANČ., el. pl., p. 89; PANTK., adn., p. 25.

C. caule erecto angulato, foliis verticillatis linear-lanceolatis planis, perianthiis subcylindricis.

**Icon.** RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCXXXV, fig. 966; Engl. bot., t. 128; OED., fl. dan., t. 86.

**Hab.** in pratis vallis **Perućica** infra **Kom**, et in **Sinnjavina Planina** (M. N.), PANTK., in sylvestribus m. **Durmitor** (M. N.), PANČ., et a **Borovizza** supra m. **Ponikva** ad **Varesch**, et a **Mali Sandwick** ad **Baklari** supra **Vlassich** (Bosnia), SENDT. Flores albi apice viriduli. Fl. Majo. Perenn.

#### DIOSCOREAE, R. BR.

VIS., fl. dalm. I, p. 163.

Ad Tamum communem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 164 adde locum ad sepes circa **Ragusa** (Dalm.), et **Trebinje** et **Billeki** (Herceg.), PANTK., adn., p. 25; in

dumetis ad **Ostrog**, et ad coenobium **S. Stephani** vallis **Morača** superioris (M. N.), PANČ., el. pl., p. 90; circa **Vlassich** et ad **Baklari** (Bosnia), SENDT., et ad sepes ins. **Veglia** circa **Bornibo**, m. **Triskavaz**, **Capriccio**, **S. Elena**, **Campi** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64.

### ORCHIDÆA E., JUSS.

vis., fl. dalm. I, p. 164, et III, p. 352 et Suppl., p. 37.

Ad **Platantheram** bifoliam, RICH., mém. du Mus. d' Hist. nat., IV, p. 29, vis., fl. dalm., I, p. 165 adde locos a **Travnik** ad **Czenizza**, a **Varesch** et **Savnia-the** ad **Samishovazhan**, ad **Sutynska** et **Borovizza** (Bosnia), SENDTN., et ic.; RCHB. fil., ic. germ., XIII-IV, tab. CCCCXXIX. Adde ejusdem *Var. β.* clavatam, et locum in graminosis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herc.), PANTK., l. c., p. 28; ad loca umbrosa **Paperda** et **Garize** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62; et ad **Ebendhain** et **Borovizza** (Bosnia), SENDT. Adde RCHB. fil., icon. germ. XIII-IV, tab. CCCCXXX, fig. 53 sub Pl. montana, RCHB. fil.

Ad **Orchides** tuberibus indivisis praeditas, vis., fl. dalm. I, p. 166-171, addenda sunt

Ad **Orchidem** **Morio**, L., vis., fl. dalm., l. c. locum in pratis m. **Gliva** prope **Trebinje** et circa **Billeki** (Herceg.). et in **Viruša Dol** infra montem **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c., p. 26; et in ins. **Veglia** ad **S. Elena** et **Bo-sco Fiumicello** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62; a **Gradaschaz** ad **Srebernik**, ad **Paschinkonak** supra **Sandwick**, **Sebsche**, **Lubina** et ad **Vranduk**, ad **Ebendhain** et in **Borovizza** (Bosnia), SENDT. Huic subjungatur **Orchis** **Morio** *Var. β. pieta* cum syn. *O. picta*, LOIS., in pratis siccis **Dobrinje**, **Rastopatno**, ins. **Veglia** (Dalmatia), TOMMAS., l. c., p. 62. — Dein addatur

**Orchis Spitzelii**, SAUT., p. 40 ex RCHB. fil., ic. germ., XIII-XIV, pag. 183; KOCH, syn. fl. germ., ed. I, p. 686; PARLAT., fl. ital. III, p. 508.

O. labello trilobo subvelutino pendulo, lobis latis crenatis, medio emarginato, calcare conico cylindraceo, verticaliter descendente, ovario paullo breviore, perianthii phyllis obtusis, lateralibus patentibus, intimis duobus truncatis emarginatis, bracteis uninerviis ovarium aequantibus, foliis oblongo-obvatis obtusis.

*Icon.* RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, tab. CCCLXXXIII, fig. 1-2.

*Hab.* a Vranduk supra Gradischkie et Bjela ad Travnik, et in monte Vlassich et supra Baklari (Bosnia), SENDT. Fl. purpurei. Fl. Jun. Perenn.

*Obs.* Ad plantam in monte Vlassich lectam referenda est *Var.* Sendtneri, RCHB., fil., l. c., calcare graciliori, labello basi punctato vix differens. —

Post hanc

**Orchis pallens**, L., mant., pl. p. 292; HOST, fl. austr. II, p. 526; RCHB., fl. exc., p. 122.

O. labello leviter trilobo subintegro basi holosericeo, lobis lateralibus rotundatis, medio majore, calcare cylindrico horizontali vel adscendente ovarium subaequante, perianthii phyllis ovato-oblongis obtusis, tribus interioribus subaequalibus conniventibus, lateralibus demum reflexis, bracteis uninerviis ovario aequalibus acuminatis, foliis oblongo-lanceolatis obtusis.

*Icon.* RCHB. fil., ic. germ., XIII-IV, tab. CCCLXXXVI; CURT., bot. mag., tab. 2569 (sub O. sulphurea); JACQ., fl. austr. I, tab. 45; SEGU., fl. veron. III, tab. 8, f. 3.

*Hab.* in herbidis ad Gradaschaz supra Spionizza ad Srebernik (Bosnia), SENDT. Fl. pallide-flavi. Fl. Majo, Perenn.

Ad Orchidem provincialem, BALB., VIS., fl. dalm. I, p. 167 adde loca in saxosis circa Ragusa (Dalm.), in m. Gliva, Crkviza et Drača prope Trebinje (Herceg.), PANTK., l. c., p. 27, et ad Veglia, S. Maria di Capo, Dobrinje et Bosco Fiumicello in ins. Veglia (Dalm.), TOMMAS., l. c. cum *Var.* leucostachia, GRIS.

Ad Orchidem masculam, L., VIS., fl. dalm. III, p. 352 adde locum in pratis Perućica Dol infra Kom (M. N.), PANTK., l. c.; a Passinkonak supra Sandwick, Sebsche, Lubina, Dobčzispolje prope Vranduk, et in Borovizza (Bosnia), SENDT.; et ad *Var.* β. speciosam, KOCH., VIS., fl. dalm., l. c. locum in m. Vlassich supra Baklari (Bosnia) SENDT., et in pratis montis Leutor prope Trebinje (Herceg.), PANTK., l. c.

Ad Orchidem laxifloram, LAM., VIS., fl. dalm. I, p. 167 adde locum in pratis turfosis circa Skodriegrn in Bjelagora (Herceg.), PANTK., l. c., et in pratis paludosis ad Capriccio, Valle di Besca, Dobrinje in ins. Veglia (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 62.

Ad Orchidem rubram, JACQ., VIS., fl. dalm. I, p. 169 substitue nomen antiquius O. papilionaceae, L., sp. pl., p. 1351, et adde locum S. Maria di Capo

ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62, et loca saxosa clivi **Granica** prope **Cettinje** (M. N.), PANČIĆ, l. c., p. 88.

Ad Orchidem variegatam, ALL., VIS., fl. dalm. I, p. 169 praemittas nomen anteriorius **O. tridentatae**, SCOP., fl. carn. II, p. 199, et adde loca **Dobrinje**, **Rastopatno**, **Bescanova** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et a **Travnik** ad **Bukovizza** et ad **Gucziagora** (Bosnia), SENDT.

Ad Orchidem fuscum, JACQ., VIS., l. c., p. 169 adde locum ad **Srebernik** ad **Tusla**, ab **Oussino** supra **Kiseljak**, **Turia**, **Podeslovo** et ad **Passinkonak**, a **Travnik** ad **Bukovizza** et **Czenizza** (Bosnia, SENDT. Praemitte nomen **O. purpureae**, HUDS., fl. angl. ed. I, p. 334 (1762) ob prioritatem.

Ad Orchidem Hostii, TRATT., VIS., fl. dalm., l. c., p. 168 praepone nomen anteriorius **O. quadripunctatae**, CYR. in TENOR., prodr. fl. neap., p. LIII et excl. syn. **O. quadripunctatae**, BIV.

Ad Orchidem Simiam, LAM., VIS., l. c. I, p. 170 adde locum in pratis sylvaticis **Bosco Fiumicello** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62 (sub **O. tephrosantha**). Addatur

**Orchis longicurris**, LINK in SCHRAD., journ. bot. II, p. 223; RCHB. fil., icon. germ. XXIII-IV, p. 33; PANTK., adn., p. 26; PARLAT., fl. ital., III, pag. 479.

**O.** labello tripartito, laciiniis lateralibus abbreviatis anguste linearibus, media plus duplo majore bifida, lobis anguste linearibus, medio interjecto angustissimo, calcare linearis apice subemarginato pendulo subincurvo ovarium dimidium subaequante, perianthii phyllis conniventibus, exterioribus distinctis, interioribus duplo minoribus bracteisque uninerviis venosis, ovario plus duplo brevioribus, foliis oblongo-lanceolatis.

**Syn.** **Orchis tephrosanthos**, DESF., fl. atl. II, p. 319 (non VILL.): **O. undulatifolia**, BIVON, sic. pl., cent. II, pag. 94; RCHB., fl. exc., p. 124.

**Icon.** RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, tab. CCCLXXV; SIBTH. et SM., fl. gr. X, tab. 927; BIV., l. c., tab. 6.

**Hab.** in graminosis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK. Spica ovata densa. Fl. violacei. Fl. vere. Perenn.

Ad Orchidem coriophoram, L., VIS., fl. dalm. I, p. 170 addatur locus in pratis humidis circa **Skodiegn** in **Bjelagora**, et circa pagum **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 26; in pratis **Garize** et **Paperda** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 62, et circa **Travnik** (Bosnia), SENDT.

Ad Orchidem ustulatam, L., vis., fl. dalm, l. c. adde locum in pratis **Perućica**

**Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c. Addatur

**Orchis globosa**, L., sp. pl., p. 4332; HOST, fl. austr. II, p. 525; PANTK., l. c., pag. 26.

O. labello semitrilobo laciniis oblongis, media latiore truncato-emarginata mucrone interjecto, calcare subcylindrico subincurvo dependente ovario suo subtriplo breviore, perianthii phyllis campanulato-conniventibus, ovatis, cuspidate spathulata terminatis, bracteis uninerviis ovario sublongioribus, foliis lanceolatis.

**Syn.** *Nigritella globosa*, RCHB., fl. exc., p. 424.

**Icon.** RCHB. fil., ic. germ., XIII-IV, tab. CCCLXXXI; JACQ., fl. austr. III, tab. 366; HALL., fl. helv. ic., tab. XXVI, fig. sinistr.

**Hab.** in pratis vallis **Raduš Brodo** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., in **Virusa Dol** infra **Crna Planina** et in **Perućica Dol** et **Tara Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., et in **Bosnia**, SENDT., cat. 1328. Fl. purpurei, labello punctato. Fl. aestate. Perenn.

**Obs.** Spica compacta globosa aut breviter cylindracea.

Ad Orchidem pyramidalem, L., vis., fl. dalm. I, p. 173 adde locum **Travnik** prope **Czenizza** (Bosnia), SENDT., in dumetis circa **Rjeka** (M. N.), PANTK., l. c., et in pratis sylvestribus **Veglia**, **Bornibo**, **Dobrinje** in ins. **Veglia** (Dalm.) TOMMAS., l. c. (sub *Anacamptide pyramidali*, RICH.).

Ad *Orchides* tuberibus palmatifidis praeditas, vis., fl. dalm. I, p. 174, addantur sequentes

**Orchis Grisebachii**, PANTK., adn. pl., p. 27.

O. labello suborbiculato integro supra holosericeo, basi cuneato, perianthii phyllis exterioribus oblongo-acutis, interioribus oblongis obtusiusculis, calcare conico-cylindraceo ovarium dimidium subaequante, bracteis retinerviis acutis flores inferiores superantibus, spica sex-multiflora laxiuscula, foliis oblongo-lanceolatis acutis, superioribus bracteiformibus.

**Hab.** in pratis humidis ad **Virusa Dol**, infra montem **Crna Planina**, et in **Perućica Dol** infra **Kom**. Flores purpurei, labello lineis punctisque saturatioribus variegato, holosericeo, venoso, subintegro. — Affinis **O. sesquipedali**, w., sed statura duplo minor in nostra, spica laxa, labellum rotundatum obtusissimum, calcar crassius ovarium dimidium aequans nec superans. Ovarium contortum. Fl. Jul. Perenn.

Ad Orchidem sambucinam, L., vis., fl. dalm. I, p. 171 adde locos in pratis montis **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), in **Perućica Dol** infra **Kom**, et **Javorce** in **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c.; in m. **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT. Et adde *Var. β.* **purpuream**, KOCH, VIS., l. c., in eodem m. **Vlassich** (Bosnia), SENDT., et (sub *Var.* *incarnata*, w.) in graminosis m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), et in montibus **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. Dein addatur

**Orchis maculata**, L., sp. pl., p. 1335; HOST, fl. austr. II, p. 533; RCHB., fl. exc., p. 426; PANTK., adn., p. 27.

O. labello trilobo, lobis lateralibus duplo latioribus crenatis, medio ovato, calcare conico-cylindraceo pendulo ovario breviore, perianthii phyllis exterioribus distinctis, lateralibus patulis, interioribus obtusis conniventibus, bracteis subtrinerviis, inferioribus ovario longioribus, foliis superioribus parvulis bracteiformibus, inferioribus oblongo-lanceolatis.

*Icon.* RCHB. fil., ic. germ., XIII-IV, tab. CCCCVII; OED., fl. dan., tab. 933; BONNAN., pl. sic., t. 30.

*Hab.* in pratis humidis ad rivum **Passina Vodda** prope pagum **Kovčice** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et ad **Travnik** prope **Czenizza** (Bosnia), SENDT. Fl. violacei. Fl. aestate. Perenn. Spica cylindracea obtusa. Folia saepe nigro-maculata.

**Orchis latifolia**, L., sp. pl., p. 1331; HOST, fl. austr. II, p. 531; RCHB., fl. exc., p. 426; PANTK., l. c., p. 27.

O. labello trilobo, calcare conico-cylindraceo pendulo ovarium subaequante, perianthii phyllis exterioribus distinctis, lateralibus erectis, interioribus obtusis conniventibus, bracteis flore longioribus trinerviis venosis, foliis maculatis, inferioribus oblongis obtusis, superioribus lanceolatis acuminatis.

**Syn.** *Orchis majalis*, RCHB., fl. exc., p. 129. *O. comosa*, SCOP., fl. carn. II, pag. 198.

*Icon.* RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, tab. CCCCII; STURM, deutsch., fl. II, tab. 7; OED., fl. dan., t. 266; HALL., ic. helv. tab. XXI, fig. dext.

*Hab.* in graminosis m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), in **Perućica Dol** infra **Kom** et in pratis **Sinnjavina Planina** (M. N.), PANTK.; in **Gucziagora** et a **Travnik** ad **Czenizza** (Bosnia), SENDT.; et in pratis humidis sub m. **Durmitor** (M. N.), PANČ., l. c., p. 88. Fol. saepius fusco maculata. Fl. purpurei. Fl. aestate. Perenn.

Ad Orchidem conopseam, L., vis., fl. dalm. I, p. 172 adde locum circa **Vares** supra **Baklari** in m. **Vlassich**, ad **Mali Sandvik** (Bosnia), SENDT., et in pratis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Hercegov.), et in **Perućica Dol** infra **Kom**, et circa pagum **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. Addatur **Orchis odoratissima**, L., sp. pl., p. 1335; HOST, fl. austr. II, p. 533.

O. labello trifido, lobis ovatis obtusis, calcare filiformi ovarium subaequante, perianthii phyllis exterioribus oblongis, lateralibus patentissimis, supremis conniventibus, interioribus obtusis concavis, bracteis trinerviis ovario sublongioribus, foliis linear-lanceolatis linearibusque, supremis bracteiformibus.

**Syn.** *Gymnadenia suaveolens*, RCHB., fl. exc., p. 126 (excl. syn., **VILL.**). *G. odoratissima*, RICH., mém. du Mus. IV, p. 52; RCHB., l. c., p. 124.

*Icon.* RCHB. ic. germ. XIII-IV, tab. CCCCXXI; JACQ. fl. austr. III, t. 264; rosei, et HALL., ic. helv., tab. 28.

*Hab.* in pratis subalpinis circa **Borovizza** (Bosnia), SENDT. Fl. purpurei, rosei aut albi, odoratissimi. Fl. aestate. Perenn. Non vidi.

Ad Orchidem albidam, SCOP., VIS., fl. dalm. III, p. 313 adde locum in graminosis alpinis infra **Kom** et in **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. (sub *Gymnadenia*). Addatur

**Orchis viridis**, CRANTZ, austr., p. 491 (1796); HOST, fl. austr. II, p. 534.

O. labello sublineari tridentato, lobo medio breviore pendulo plano, calcare brevissimo crasso incurvo obtuso ovario suo quadruplo breviore, perianthii phyllis lateralibus ovali-lanceolatis obtusis in galeam subglobosam conniventibus, bracteis trinerviis linearibus flores subaequantibus, foliis inferioribus ovalibus obtusis, superioribus lanceolatis.

**Syn.** *Satyrium viride* L., sp. pl., p. 1337. *Himantoglossum viride*, RCHB., fl. exc., p. 119. *Platanthera viridis*, RCHB. fil., ic., XIII-IV, p. 129. *Var. a. Coelogossum viride*, HARTM., scand. fl. ed. I, p. 329; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 795.

*Icon.* RCHB. fil., l. c., tab. CCCCXXXIV-V; NEES ab ES., gen. pl. V., tab. 8; OED., fl. dan., tab. 77.

*Hab.* in monte **Kom** et **Sinnjavina Planina** (M. N.), in graminosis m. **Gliva** prope **Trebinje**, in valle **Raduš Brodo** prope **Vucia** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., l. c. p. 28; in muscosis m. **Javorje** (M. N.), PANČ., el. pl., p. 88; et in m. **Vlassich** supra **Baklari**, nec non in m. **Mali Sandvik** (Bosnia), SENDTNER. Post adde genus

## NIGRITELLA, L. C. RICH.

de Orchid. adnot., p. 49.

*Char.* Perianthium patulum subcampanulatum resupinatum, phyllis distinctis aequalibus. Labellum erectum basi concavum, scrotiforme, breviter calcatum. Anthera erecta loculis parallelis. Pollinaria caudiculis elongatis, retinaculis subnudis, liberis. Ovarium ovatum sessile, non contortum. — *Cf.* Gynandria. *Ord.* Diandria. *Syst. sex.*

**Nigritella angustifolia**, RICH., l. c.; RCHB., fl. exc., p. 121; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 296; PANTK., adn., p. 25.

N. spica compacta ovoidea, perianthii phyllis lanceolatis acuminatis, labello ovato-lanceolato undulato subintegro, calcare obovato ovario triplo breviore.

**Syn.** Satyrium nigrum, L., sp. pl., p. 4338; HOST, fl. austr., II, p. 535.

**Icon.** RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, tab. CCCCLXVII; JACQ., fl. austr. IV, tab. 398; HALL., ic. helv., tab. XXVII, f. 2.

**Hab.** in graminosis alpinis Bjele Carini dictis prope m. Kom et in montibus Mali Durmitor et Crna Planina (M. N.), PANTK., et circa Bukovizza (Bosnia), SENDTN. Fl. atropurpurei odoratissimi. Fl. aest. Perenn. Radix palmatifida.

Ad Ophridem araniferam, HUDS., VIS., fl. dalm. I, p. 177, adde locum ad Vranduk supra Gradischie et Bjela usque ad Travnik, et in monte Vlassich supra Baklari (Bosnia), SENDT.

Ad Ophridem cornutam, STEV., VIS., fl. dalm. I, p. 177 adde locum in graminosis ad pedem montis Gliva prope Trebinje et circa Vučia in Bjelagora (Hercegov.), PANTK. adn., p. 28; a Travnik ad Czenizza, et supra Kalocsin ad Sutynska (Bosnia), SENDT. et in locis herbidis ad Capriccio in ins. Veglia (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 63.

Ad Ophrydem atratam, LINDL., VIS., fl. dalm. I, p. 176 adde locum in herbidis ad Besanova in ins. Veglia (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

Ad Ophrydem Bertolonii, MORETT., VIS., l. c., p. 178 adde locum in herbidis ad Dobrinje et Cassione in ins. Veglia (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Ophrydem arachnitem, REICR., VIS., fl. dalm., I, p. 175 adde locum in Punta di Cassione et Dobrinje ins. Veglia (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Ophrydem apifera, HUDS., VIS., l. c., p. 177 adde locum in pratis humidis ad Capriccio, S. Maria di Capo et Dobrinje in ins. Veglia (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Cephalantheram pallentem, RICH., VIS., fl. dalm. I, p. 180 adde locum ad **Gucziagora** (Bosnia), SENDT. et in sylvaticis herbidis ad **Dobrinje** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMM., l. c.

Ad Cephalantheram ensifoliam, RICH., VIS., fl. dalm. I, p. 181 adde locum a **Gradischaz** ad **Srebernik**, et a **Borovizza** ad **Vares** (Bosnia), SENDT.

Ad Cephalantheram rubram, RICH., VIS., l. c. adde locum in sylvaticis vallis **Raduš Brodo**, et in **Koristna Greda** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herc.), PANTK., l. c., p. 28; supra **Suljaga** ad **Koprilniza** (Bosnia), SENDT., et in saxosis sub **Crvena Stijena** in m. **Durmitor** (M. N.), PANĆIĆ, el. pl., p. 88.

Ad Limodorum abortivum, SW., VIS., l. c., p. 181 adde locum in nemorosis **Besca**, ad m. **Organ**, et **S. Maria di Capo** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMM., l. c.

Ad Neottiam Nidus avis, RICHD., VIS., l. c., p. 182 adde locum in sylvaticis m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), et in valle fluminis **Tara** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 28, et ad **Sutynska** supra **Poljana** prope **Borovizza** (Bosnia), SENDT.

Ad Epipactidem latifoliam, ALL., VIS., l. c., p. 183 adde locum a **Suizza** supra **Borovaglava**, et ad **Czizer** prope **Livno**, et supra **Suljaga** ad **Koprilniza** (Bosnia), SENDTNER.

Ad Epipactidem palustrem, CRANTZ., VIS., l. c. adde locum in paludosis circa **Skodiegn** in **Bjelagora** (Herceg.), in **Viruša Dol** infra **Crna Planina**, et ad rivum **Passina Vodda** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. Post hanc addatur

**Epipactis rubiginosa**, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 801.

E. labello anteriore acuminato apice recurvo, perianthii campanulati patuli lacinii tribus exterioribus parce puberulis, gibbis baseos plicato-crispis, bracteis lanceolatis acuminatis multinerviis perianthii lacinii subbrevioribus, foliis ovatis lanceolatisque.

**Syn.** Serapias atrorubens, SCHULT., oesterr. fl. I, p. 58. Epipactis atrorubens, RCHB., fl. exc., p. 133. Epipactis Helleborine a. rubiginosa, CRANTZ, stirp. austr. VI, p. 462; RCHB. fil., ic. germ., XIII-IV, p. 141; PANĆ., el. pl. vasc., p. 88.

**Icon.** RCHB., pl. crit. VIII et RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, t. CCCCLXXXV; GUNN., fl. norv., tab. V, fig. 3-4; CRANTZ, l. c., fig. b, c.

**Hab.** in sylvaticis montis **Durmitor** (M. N.), ubi indicatur a prof. PANĆ., l. c. Fl. atropurpurei. Fl. aest. Peren. — Addatur genus

## LISTERA, R. BR.

in AIT., hort. Kew. ed. III, p. 201.

**Char.** Perianthium ringens, phyllis distinctis in galeam conniventibus. Labellum ecalcaratum pendulum. Gynostemium postice stigmate crasso ovato terminatum, in quo anthera inserta. Anthera libera sessilis persistens. Pollen farinaceum. Rostellum bilamellatum. Ovarium rectum, pedicello contorto.—  
**Cf.** Gynandria. *Ord.* Diandria. *Syst. sex.*

**Listera ovata**, R. BR. in AIT. h. Kew., l. c.; HOST, fl. austr. II, p. 533; RCHB., fl. exc., p. 133; TOMMAS., veg. di Vegl., p. 63.

L. labello trilobo pendulo, lobis lateralibus minimis, medio maximo perianthii phyllis exterioribus subtriplo longiore, linearis bifido, bracteis ovatis acuminatis pedicello brevioribus, caule bifolio, foliis oppositis approximatis ellipticis.

**Syn.** Ophrys ovata, L., sp. pl., p. 1340. Neottia latifolia, RICH. in mém. du Mus. IV, p. 59. Neottia ovata, BLUFF et FINGERH., comp. fl. germ., p. 453; RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, p. 447.

**Icon.** RCHB., pl. crit. IV, tab. 812; RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, tabula CCCCLXXIX; OED., fl. dan., t. 137; HALL., ic. helv., tab. XXXIX.

**Hab.** in graminosis montis Gliva prope Trebinje (Herceg.), a Vranduk supra Gradischie et Bjela ad Travnik et Ebendhain (Bosnia), SENDT., et in locis umbrosis ad Dobrinje in ins. Veglia (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 63.

## CALLACEAE, BARTL.

VIS., fl. dalm. I, p. 183.

Ad Arum maculatum, L., vis., fl. dalm. I, p. 184 adde locum in Hause Fellaich (Bosnia), SENDTN.

Ad Arum italicum, MILL., vis., fl. dalm. I, p. 183 adde locum in saxosis circa Trebinje ad pedem montis Gliva (Herceg.), PANTK., l. c., et ad sepes Casione, Bornibo et alibi in ins. Veglia (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62.

Ad Arum orientale, vis.. fl. dalm. I, p. 185, corr. in **Arum Petteri**, SCHOTT, syn. Aroid. I, p. 42 et subjunge synonimon Ari orientalis, VIS. non BIEB.

nec RCHB., ex SCHOTT, l. c., et adde iconem RCHB., fl. germ. VII, tab. 9. et locum in dumetis saxosis ad clivum **Granica** prope **Cettinje** (M. N.), PANC., l. c., p. 88, et montium **Gliva**, **Crkviza** et **Drača** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 29, praeter loca jam citata ad **Bergato** et **Bogdassich**.

Ad Biarum tenuifolium, vis., l. c., citetur synonymon **B. Anguillarae**, SCHOTT, prodr. syst. Aroid., p. 62.

### T Y P H A C E A E, JUSS.

vis., fl. dalm. I, p. 187.

Ad Typham latifoliam, L., vis., fl. dalm. I, l. c. adde locum in aquosis circa **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., adn. in fl., p. 29 et in lacu **Socrano** (M. N.), PANC., el. pl., p. 88.

Ad Typham angustifoliam, L., vis., fl. dalm., III, p. 38 adde locum in aquosis inter **Manastir**, **Zdrebanik** et **Martinici** (M. N.) PANTK., l. c., et ad fossas **Panighe** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., veg. Vegl., p. 62.

Ad Sparganium erectum, L., vis., fl. dalm., l. c. adde locum in aquosis **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Hercegov.), et ad rivulum **Sušica** prope **Danilov Grad**, et circa **Strajnici** (M. N.), PANTK., l. c. (sub Spr. ramoso, HUDS.); in fossis ad **Vir** (M. N.), PANC., l. c.; ad fossas in **Valle di Besca** et **Panighe** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et in m. **Vlassich** supra **Baklari**, ad **Tussintan** supra **Kiseljak**, et a **Lopinizza** ad **Voiniza** (Bosnia), SENDT.

### N A J A D E A E, A. RICH.

vis., fl. dalm. I, p. 188.

Ad Zannichelliam majorem, BOENNING., vis., l. c., forsitan referenda est Z. **paultris**, TOMMASINI, l. c., p. 61 in stagnis ad **Bescanova** crescens et sub m. **Triskavaz** in ins. **Veglia** (Dalmat.), sed hanc non vidi.

Ad Ruppiam maritimum, L., vis., fl. dalm., suppl., p. 39; TOMMAS., l. c., p. 61 adde locum in fossis aquae marinae ad **Bescanova** sub m. **Triskavaz** et alibi in ins. **Veglia** (Dalm.).

Ad Najadem majorem, ROTH, vis., fl. dalm., suppl. p. 40 adde locum in palu-

- stribus sub monte **Durmitor** versus m. **Stulac** (M. N.), PANČ., l. c., p. 88, et ad **Lago di Capriccio** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62.
- Ad Posidoniam Caulini, KOCH., VIS., fl. dalm. I, p. 189 adde locum ad mare ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c. Huic addatur
- Zostera marina**, L., sp. pl., p. 4374; HOST, fl. austr. I, p. 1; vis., fl. dalm. III, p. 355; RCHB., fl. exc., p. 6.
- Z. foliis late linearibus 3-5-nerviis, spathae pedunculo superne dilatato, nucibus striatis.
- Syn.** Phragmites minor, CAULIN, phyt., p. 14.
- Icon.** RCHB., ic. germ. VII, f. 4; Engl. bot., tab. 267; OED., fl. dan., tab. 4504; CAULIN., phyt., l. c., tab. 2.
- Hab.** in mari Adriatico ad ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., praeter loca citata. Fl. aestate. Per.
- Ad Potamogeton natantem, L., vis., fl. dalm. I, p. 192 adde locum in flumine **Trebinjsica** prope **Trebinje** (Hercegov.), et in **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 28, et PANČ., l. c., p. 87, et in lacubus et stagnis ins. **Veglia** (Dalm.), ad **Capriccio, Panighe, Campi**, TOMMAS., l. c., p. 61.
- Ad P. fluitantem, ROTH, vis., fl. dalm. I, p. 190 adde locum in lacu Scodrano ad ostium **Czernojeviča Rijeka** (M. N.), PANČIĆ, l. c.
- Ad P. crispam, L., vis., l. c. adde locum in fluvio **Trebinjsica** propre **Trebinje** (Hercegov.), et in **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** et **Rijeka** (M. N.), PANTK., l. c.; in lacu Scodrano ubique (M. N.), PANČ., l. c.; in **Valle di Besanova** sub m. **Triskavaz** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 61, et ad **Ous-sino** supra **Kiseljak, Turia, Podselovo** ad **Passin-Konak** (Bosnia), SENDT.
- Ad P. lucentem, L., vis. adde locum in **Riblje Jezero** sub m. **Durmitor** (M. N.), PANČ., el. pl., p. 87.
- Ad P. perfoliatam, L., vis., l. c., p. 191 adde locum in lacu Scodrano ad **Sinn-jac** (M. N.), PANČ. l. c. — **Syn.** P. densus, PANTK., l. c., non L., et adde locum in flumine **Trebinjsica** prope **Trebinje** (Hercegov.), et in lacubus **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. in quo crescit *Var. β.* lan-
- cifolius, foliis ovato-lanceolatis, RCHB., ic. germ. VII, tab. 54.
- Ad P. pectinatam, L., vis., l. c. adde locum in **Crno Jezero**, infra **Mali Durmitor** et in aquosis **Mokro** dictis prope **Bjela** (M. N.), PANTK., l. c. Post addatur **Potamogeton rufescens**, SCHRAD. in CHAMISS., adn. in KUNTH, fl. berol., p. 5; RCHB., fl. exc., p. 8; PANTK., adn., p. 28.

P. foliis submersis sessilibus membranaceis pellucidis, utrinque attenuatis, margine laevibus, natantibus coriaceis obovatis obtusis, in petiolum folio breviorem attenuatis, caule simplici, drupis lenticularibus, margine acutis.

*Icon.* RCHB., ic. crit. II, tab. CLXXXIV, fig. 322, et ic. germ. VII, tab. 32, fig. 16; GAUD., fl. helv. I, tab. 4; Engl. bot., tab. 4286.

*Hab.* in aquis **Riblje Jezero** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.). Fl. Jul. Per. **Potamogeton compressa**, L., sp. pl., p. 183; COD. LINN., n. 1040; HOST, fl. austr., I, p. 233; RCHB., fl. exc., p. 8; PANČ., el. pl. vasc., p. 87.

P. foliis 5-nerviis breviter acuminatis, caule compresso-tetraquetro ramoso, pedunculis sub flore incrassatis complanatis, perianthii phyllis transverse rotundatis, basi vix attenuatis, drupis ellipticis acutis laevibus, dorso tricarinatis.

*Syn.* P. mucronatus, SCHRAD. in ROEM. et SCH., syst. III, p. 517; PANTK., l. c., p. 29. P. zosterifolius, SCHUMACH., en. I, p. 50.

*Icon.* RCHB., ic. crit. II, et ic. germ., VII, tab. 24; OED., fl. dan., tab. 200; Engl. bot., tab. 418.

*Hab.* in aquis **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), et in palustribus ejusd. m. versus m. **Stulac**. Fl. Jun. Perenn. PANČ., l. c.

**Potamogeton marina**, L., sp. pl., p. 184; RCHB., fl. exc., p. 7; PANTK., adn., p. 95; TOMMAS., l. c., p. 61.

P. foliis omnibus submersis membranaceis pellucidis linearibus, basi vaginatis, caule filiformi compresso ramoso, spicis longe pedunculatis interrumpitis multifloris, drupis obovato-subglobosis ecarinatis.

*Icon.* RCHB., ic. germ. VII, tab. XVIII; BOCCON., pl. sic. rar., p. 41, tabula 20, f. 5.

*Hab.* in aquosis **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), et in flumine **Trebinišica** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., et in lacu **Capriccio** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 61.

**Potamogeton graminea**, L., sp. pl., p. 184; HOST, fl. austr. I, p. 223; RCHB., fl. exc., p. 8.

P. foliis inferioribus alternis sessilibus membranaceis pellucidis lanceolato-linearibus acuminatis, emersis oppositis lanceolato-ovatis acutis longe petiolatis, caule ramoso, spicis longis laxiusculis, drupis lenticulari-compressis, longe pedunculatis, obtusis.

*Var. β. heterophylla*: FRIES, nov. ed. II, p. 36; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 777;

PANC., l. c.; PANTK., l. c., foliis submersis brevioribus rigidioribus. — **Syn.** *P. heterophyllus*, SCHREB., spic. fl. lips., p. 24. — *Icon.* RCHB., ic. germ. VII, tab. XLII, fig. 73-74. — *Hab.* in aquosis circa pagum **Cekljn** et in **Riblje Jezero** (M. N.), et in m. **Durmitor** versus m. **Stulac**.

*Var. γ.* *Zizii*: KOCH, l. c.; PANTK., l. c. major, foliis superioribus oblongis mucronatis undulatisve. — **Syn.** *P. Zizii*, MERT. et KOCH. k., syn. p. 778. — *Icon.* RCHB., ic. germ., VII, tab. XXXVIII, fig. 66-67. — *Hab.* in aquosis **Riblje Jezero** sub **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. Fl. Julio. Perenn.

Ad *Potamogeton pusillam*, L., VIS., fl. dalm., suppl., p. 41 adde locum in lacubus **Capriccio** et **Panighe** in ins. **Veglia** (Dalm.). TOMM., l. c., et in lacu **Scodrano** ad **Sinjac** (M. N.), PANCIĆ, l. c.

### LEMNACEAE, LINK.

VIS., fl. dalm. III, p. 355.

Ad *Lemnam minorem*, L., VIS., fl. dalm., suppl., p. 42 adde locum in aquis ad **Crno** et **Riblje Jezero**, et circa pagum **Coekijn** et in **Mokro** prope **Bjela** (M. N.), PANTK., l. c. sub monte **Durmitor** (M. N.), PANC., l. c., p. 88 et in lacu **Capriccio** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62.

### ALISMACEAE, L. C. RICH.

VIS., fl. dalm. I, p. 191.

Ad *Alismam Plantago*, L., VIS., fl. dalm. I, p. 192 adde locum in recessibus lacus **Scodrani**, ad **Sinjac** et **Vir** (M. N.), PANC., el. pl. vasc., p. 87, et ad *Var. β.* *angustifoliam*, l. c. adde locum ad fossas circa **Cattaro** (Dalm.), et **Rieka** (M. N.), PANTK., l. c., p. 24, et in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 64.

## BUTOMEAE, L. C. RICH.

VIS., fl. dalm. I, p. 193.

Ad *Butomum umbellatum*, L., vis., fl. dalm., l. c. adde locum in paludosis circa **Rieka**, **Ploča**, et **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., l. c., p. 21, et in fossis ad **Rieka**, **Vir** (M. N.), PANČ., el. pl., p. 87.

## ASARINEAE, AGARDH.

VIS. fl. dalm. I, p. 194.

Ad *Aristolochiam Clematitem*, L., vis., fl. dalm., l. c. adde locum ad sepes circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 35, et ad sepes vallis **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANČ., l. c., p. 82, ad **Czenizza** supra **Kalocsin** ad **Sutynska** (Bosnia), SENDTN., et in campis et vineis ad **Bescanova** et **Veglia** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 59.

Ad *Aristolochiam rotundam*, L., vis., l. c. adde locum inter frutices in saxosis circa **Trebinje** (Herceg.), et **Ploča** (M. N.), PANTK., l. c. et in pratis humidis vallis **Besca**, **Capriccio**, **Panighe** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

**Qbs.** Indicatur etiam *Aristolochia longa*, L., a SENDTNER circa **Fotscka** ad **Selenichi** (Bosnia), cat. 245, sed non vidi.

Ad *Aristolochiam pallidam*, WALDST. et KIT, vis., l. c. adde locum inter frutices in m. **Gliva** prope **Trebinje** et circa **Billeki** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 35, et in dumosis ad **Cettinje** (M. N.), PANČ., p. 82.

Ad *Asarum europaeum*, L., vis., fl. dalm. I, p. 195-6 adde locum in sylvaticis **Peručica** et **Tara Dol** (M. N.), PANTK., l. c., et in sylvestribus ejusdem loci et m. **Sutorman** (M. N.), PANČ., l. c., et a **Bukovizza** ad **Travnik**. et supra **Bjela Gradaschkie** (Bosnia), SENDT. Addatur *Ordo*

## EMPETREA E, NUTT.

Gen. plant., p. 233.

Flores unisexuales. Calyx tripartitus, aestivatione imbricatus. Corolla tripartita, laciniis cum sepalis alternantibus. Stamina tria libera, sepalis opposita,

antheris bilocularibus. Ovarium liberum disco carnoso impositum, 3-6-biloculare, loculis uniovulatis, stylo subnullo, stigmate radiatim fisso. Embryo in axi albuminis rectus, radicula ad hilum versa.

Frutex alpinus, foliis parvis sempervirentibus, corolla rosea, staminibus purpureis, stigmate radiato.

### EMPETRUM, L.

Gen. pl., p. 4400.

*Char.* Flores dioici. Stigma 9-radiatum. Drupa unilocularis 8-9-sperma. — *CL*. Dioecia. *Ord.* Triandria. *Syst. sex.*

*E. nigrum*, L., sp. pl., p. 4450; HOST, fl. austr. II, p. 656; RCHB., fl. exc., p. 765; PANĆ., el. pl., p. 82.

*E.* caulinibus procumbentibus, foliis oblongis linearibusve margine revolutis, marginibus subtus linea alba conjunctis.

*Icon.* SCHKR., deutsch. fl., tab. 848; NEES ab ESEN. gen. pl. III, tab. 17; CAMER., epist. pl., p. 47.

*Hab.* sub monte Durmitor (M. N.), PANĆIĆ, et ad Borovizza, supra m. Ponikva ad Vares (Bosnia), SENDT. Fl. rosei. Fl. vere. Basi lignosum.

### NYMPHAEACEAE, SALISB.

vis., fl. dalm. I, p. 496.

Ad Nymphaeam albam, L., vis., fl. dalm. I, p. 497 adde locum in flumine Crnojevica Reka prope Bjeka et Ploča (M. N.), PANTK., l. c., p. 97.

Ad Nuphar luteum, SM., vis., l. c., p. 497 adde locum ibidem, ac praecedens, et in Riblje Jezero infra Mali Durmitor (M. N.), PANTK., l. c.

### CONIFERAЕ, L.

vis., fl. dalm. I, pag. 498.

Ad Pinum sylvestrem, L., vis., fl. dalm. I, p. 499 adde locum in montibus Kom et Mali Durmitor (M. N.), PANTK., l. c., p. 30.

**Ad Pinum Mughus**, SCOP., VIS., fl. dalmat. I, p. 200 adde locum in m. **Mali Durmitor** (M. N.). PANTK., adn., p. 30.

**Ad Pinum nigricantem**, HOST, VIS., fl. dalm., p. 199 adde **Syn.** *Pinus Laricio* *Var. β.* nigricans: foliis crassioribus rigidiusculis fusco-viridibus, PARLAT., fl. ital. VI, p. 53; *P. Laricio β.* austriaca, ANTOIN., conif., p. 4 et icones l. c., tab. 2, f. 2; ROCHEL, pl. ban., tab. 39, f. 81. Addatur

**Pinus Laricio**, POIR. in LAM., enc. V, p. 339; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 767; PARLAT., fl. ital., IV, p. 52; PANTK., l. c., p. 30.

*P.* foliis geminis viridibus, squamis fulcrantibus lanceolato-subulatis, late albo marginatis apiceque albis fimbriatis, amentis masculis cylindricis, valde elongatis, pedunculis strobilo suo multoties brevioribus, strobilis nitidis erectis conicis, maturis sessilibus patulis, ala suo semine triplo longiore.

*Icon.* RCHB., ic. germ. XI, tab. DXXIV; NUOV. DUHAM. V, tab. 67 et 71, f. 2.

*Hab.* circa **Orahovaz** et in m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), et in m. **Kom** vastas constituens sylvas (M. N.), PANTK., l. c., pag. 30, et ab **Oussino** supra **Kiseljak**, **Turia**, **Podselovo** ad **Passin Konak**, et in m. **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT.; in rupestribus m. **Lovčen** et in **Velika Jastrebica** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 86. Fl. vere. Arbor.

**Pinus Peuce**, GRIS., spic. fl. rumel., p. 349; PANTK., l. c., p. 30 (excl. *P. excelsa*, WALL.)

*P.* foliis quinis strictis viridibus strobilo cylindraceo subaequalibus, squamis strobili dilatatis sulcatis glabris, semine brevissime alato.

*Hab.* in nemoribus district. **Donji Vasojevići** in monte **Sjekirica** supra pagum **Sekular** et **Gračanica**, illyr. **Molika**, PANĆ., el. pl., p. 86, et in montibus **Drekalove Skali**, praecipue in **Drečina usovicstje Kućske** dictis versus **Kom** (in Albania), PANTK. Fl. vere. Arbor.

**Ad Pinum Abies**, DUROI, VIS., fl. dalm. I, p. 200 adde syn. *P. picea*, RCHB. fl. exc., p. 159, et locum in m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), et in m. **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 30, et sub m. **Durmitor** (M. N.), PANĆIĆ, l. c., p. 86, et ad **Borovizza** supra montem **Ponikva** et **Vares** (Bosnia), SENDT.  
— Addatur

**Pinus excelsa**, LAM., fl. fr. II, p. 202.

*P.* foliis solitariis compresso-planis mucronatis subtetragonis, utrinque viridibus, strobilis cylindricis pendulis, squamis eroso-denticulatis parallele bilobis.

- Syn.** P. picea, DUROI, harbk., vol. 2, p. 440; PANĆ., el. pl., p. 86. Abies excelsa, POIR. in LAM., enc. VI, p. 618; RCHB., fl. exc., p. 459.
- Icon.** RCHB., icon. germ. XII, tab. DXXII; RICH., conif., tab. XIV, f. 2, et tab. XV; CAMER., epist. pl., p. 47.
- Hab.** sub monte Durmitor praecedente rario (M. N.), PANĆ., et ad Borovizza supra montem Ponikva et Varesh (Bosnia), SENDT.
- Ad** Juniperum communem, L., vis., fl. dalm. I, p. 206 adde locum in sylvaticis ad pedem Mali Durmitor circa pagum Kovčice (M. N.), PANTK., adn., p. 29; in saxosis supra Grahovo (M. N.), PANĆ., l. c., p. 86, et a Maglac ad Mravic et Doboj (Bosnia), SENDTN.
- Ad** Juniperum nanam, w., vis., fl. dalm. I, p. 203 adde locum in rupestribus m. Jastrebica in Bjelagora (Herceg.), et in montibus Kom et Mali Durmitor (M. N.), PANTK., l. c., p. 30.
- Ad** Juniperum Oxycedrum, L., vis., fl. dalm. I, l. c. adde locum in saxosis m. Gliva prope Trebinje, et Drača prope Pridvorice (Herceg.), PANTK., l. c., et in saxosis m. Lovčen (M. N.), PANĆ., l. c., et iisdem locis ad Veglia et Cassione et alibi (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 61.
- Ad** J. phoeniceam, L., vis., fl. dalm., l. c. adde locum in parte australi ins. Veglia et Panighe (Dalm.), TOMMAS., l. c.
- Ad** J. Sabina, L., vis., l. c. adde locum in m. Bjelagora, Durmitor et Kom juxta PANTK., l. c., Illyr. Somina.
- Ad** Ephedram campylopodam, C. A. MEY., vis., l. c. adde locum in rupestribus circa Trebinje (Herceg.), PANTK., l. c., et in rupestribus ad Ostrog (M. N.), PANĆ., l. c.
- Ad** Taxum baccatam, L., vis., l. c., p. 205 adde locum in rupestribus montis Durmitor (M. N.), PANĆ., l. c. Illyr. Tisovina.

### A M E N T A C E A E, vis.

vis., fl. dalm. I, p. 206.

- Ad** Fagum sylvaticam, L., vis., l. c., p. 206 adde locum in sylvis montium Bjelagora (Herceg.), et in toto (M. N.), PANTK., l. c., p. 31, et in montibus Lovčen, Ivica, Javorje, et in convallibus Morača et Tara (M. N.), PANĆIĆ, l. c., p. 84; et ad Fotscha usque ad Sellenichi, et a Gradaschaz ad Srebernik, et in Vlassich supra Baklari (Bosnia), SENDT.

Ad *Quercum Robur*, L., vis., l. c., p. 207 adde **Syn.** *Q. pedunculata*, EHRH., arbor., p. 737 et locum in dumosis vallis **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANČ., l. c., p. 84, et a **Vranduk** usque ad **Sebsche**, ab **Oussino** supra **Kise-Ijak**, **Turie**, **Podselovo** ad **Passin-Konak**, a **Gradaschaz** versus **Srebernik**, et in **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT., nec non in locis paludosis ad **Capriccio** in ins. **Veglia** (Dalm.) TOMMAS., l. c., p. 60.

Ad *Quercum pubescentem*, w., vis., l. c., p. 208 adde locum circa **Martinici** (M. N.), PANTK., l. c.; in collibus apricis sub m. **Sutorman**, sub **Velika Jastrebica** et ad **Ostrog** (M. N.), PANČ., l. c.; ad **Suiza** supra **Boroglava**, et a **Czizer** ad **Livno**, nec non in monte **Prologh** (Bosnia), SENDT.; dein in nemorosis **Veglia** et **Bescanova** (Dalmat.), TOMMAS., l. c. — Ad *Q. pubescentem* β. *intermedium*, vis., l. c., suppl., p. 45 adde **Syn.** *Q. Tommasinii*, KOTSCH. et *Q. pubescens* *Var.* *racemosa*, TOMMAS., l. c., p. 60, quae habitat in nemorosis vallis **Besca** et **Garize** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS.

Ad *Quercum Cerris*, L., vis., fl. dalm. I, p. 208 adde locum in monte **Gliva** prope **Trebinje**, et circa **Billeki** (Herceg.), **Martinici**, **Monastir Duga**, **Lukovo** et **Stravnichi** (M. N.), PANTK., l. c., p. 31; et in sylvestribus sub m. **Javorje**, in valle **Morača** superioris, et sub m. **Sutorman** (M. N.), PANČ., el. pl., l. c.; et a **Gradaschaz** versus **Srebernik** (Bosnia), SENDT. Addatur quoque **Syn.** *Q. austriaca*, w., sp. pl. IV, p. 454, et locum circa **Panighe**, **Veglia**, **Garize** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 60. Adde

**Quercus castaneifolia**, C. A. MEY., pl. caucas., p. 41; PANTK., adn., p. 31; PANČ., el. pl., p. 84.

*Q.* ramulis petiolisque velutinis, foliis oblongis undulatis sinuato-dentatis, dentibus mucronatis, stipulis linearibus, antheris pilosis, fructibus subsessilibus, cupulae hemisphaericae squamis sericeis reflexis, inferioribus ovato-cuspidatis.

*Icon.* KOTSCHEY, eichen., tab. 40.

*Hab.* circa **Martinici** in valle **Zašlap** (M.N.), PANTK., et in saxosis **Pisine Strange**, in **Nikšićka Zupa**, et ad **Dobre Strange** distr. **Ceklici**. Illyr. **Cesmin** ex PANČ., l. c., p. 84.

**Quercus sessiliflora**, SM., fl. brit. III, p. 1026; HOST, fl. austr. II, p. 622; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 736; PANČ., l. c., p. 84.

*Q.* foliis longe petiolatis obovatis sinuatis glabris, lobis rotundatis muticis, pedunculis petiolo subaequalibus brevioribusque, squamis cupulae adpressis.

**Syn.** Q. Robur,  $\beta$ . L., fl. svec., ed. II, p. 340. Q. Robur, ROTH., tent. I, p. 408; RCHB., fl. exc., p. 477.

**Icon.** SCHKR., deutsch., fl., t. 304, b.

**Hab.** in sylvestribus vallis **Morača** sup. (M. N.), PANĆ. Fl. Majo, Junio. Arbor. Non vidi.

**Quercus conferta**, KIT., RCHB., ic. germ. XI, p. 8; PANĆ., l. c., p. 84.

Q. foliis subsessilibus basi cordatis, obovatis, subtus stellulato-pubescentibus, angustissime et crebre pinnatifidis, laciniis incisis, petiolis incrassatis, amen-  
tis masculis basi laxifloris, apice clavato-confertis, stipulis anguste obovato-  
oblongis, bracteis spathulatis, stigmatibus obovatis bifidis, pedunculis bre-  
vissimis, squamis cupulae adpressis.

**Syn.** Q. Farnetto, TENOR., cat. h. neap., 1819, p. 65 (per err. Frainetto)  $\beta$ .  
conferta ALPH. DC. prodr. XVI, sect. II, p. 44.

**Icon.** RCHB., ic. germ. XI, tab. DCXLVI; KOTSCH., eichen., tab. 44.

**Hab.** in dumetis district. Bratonožici, et inter Danilov Grad et Savica distr.  
Bijelopavlici (M. N.), PANĆ. Non vidi.

Ad Corylus Avellanam, L., vis., fl. dalm., l. c., p. 209 adde locum in dumetis  
m. Gliva prope Trebinje circa Vučia et Bjelagora (Hercegov.), circa Danilov  
Grad, in Viruša Dol, Crna Planina, in Perućica Dol et Tara Dol infra Kom, in  
valle rivuli Bistrica circa Nizin Luk, circa pagos Lipovo, Kovčice, Laz et Oz-  
dreniči (M. N.), PANTK., l. c., p. 31; in dumetis prope Cettinje, et ad margi-  
nes sylvarum in valle Morača et Zeta (M. N.), PANĆ., l. c., p. 84, et ad  
Prusacz, ad Travnik et Scopia (Bosnia), SENDT. Addatur

**Corylus Colurna**, L., sp. pl. p. 1417; RCHB., fl. exc., p. 476; PANĆ., el. pl.,  
pag. 85.

C. stipulis linearibus acutis, foliis cordato-subrotundis ovatisve inciso-angula-  
tis, nuce abbreviata, calyce fructus exteriore multipartito, interiore tripar-  
tito, laciniis palmatifidis.

**Icon.** RCHB., ic. germ. XII, tab. DCXXXVIII. fig. 1303; SEB., mus. I, ta-  
bula 27, p. 2. CLUS., hist. pl. I, p. 44.

**Hab.** in saxosis ad Košarice non procul a Cettinje, et sparsim in toto distr.  
Čekljei et Kučići Fl. Febr. ad Majum. Izvr. Semisljika ex PANĆ., l. c., sed  
non vidi. Frutex.

Ad Carpinum Betulus, L., vis., l. c., p. 240 adde locum in sylvaticis montis  
Veternik prope Bratonožici (M. N.), PANTK., l. c., p. 34, in sylvestribus sub

m. Lovćen, in vallis **Zeta** et **Morača** (M. N.), PANČ., l. c., p. 85, a Vranduk ad **Sebsche** (Bosnia), SENDT.; et **Var.** squamata a **Varesch** ad **Savnia-thel** et ad **Samishovatzkan** (Bosnia), SENDT.

Ad Carpinum duinensem, SCOP., VIS., l. c., p. 210 adde locum in sylvaticis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c. ad **Bukovizza**, ad **Czenizza** supra **Kaloczin** ad **Sutynska**, et in **Prologh** (Bosnia), SENDT., in collibus rupestribus ad **Bornibo**, **Capriccio**, **S. Maria di Capo** ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 60, et sub nomine C. orientalis, LAM., in saxosis ad **Cettinje**, **Ostrog**, **Grahovo** (M. N.), PANČ., l. c., p. 85. Adde iconem RCHB. f., ic. germ. XII, tab. DCXXIV.

Ad Ostryam carpinifoliam, SCOP., VIS., fl. dalm. I, p. 211. Adde RCHB. f., ic. germ. XI, tab. DCXXXV sub O. vulgari, w., adde locum in sylvaticis montium **Gliva** et **Drača** prope **Trebinje**, circa **Billeki**, in valle **Raduš Brodo**, et circa **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), in sylvestribus ad **Ostrog** (M. N.), PANČ., l. c., a **Vranduk** versus **Sebsche** (Bosnia), SENDT., et in nemorosis ad **Bescanova**, **Valle di Besca**, **Zuppanie**, **Panighe** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., pag. 61.

Ad Alnum glutinosam, GAERTN., VIS., fl. dalm. I, p. 211 adde locum in aquosis ad rivulum **Plasnica** prope pagum **Lipovo** (M. N.), PANTK., l. c., p. 30; a **Tussintan** supra **Kiseljak** et **Lipaniza** usque ad **Foiniza** (Bosnia), SENDT. — Huic addatur

**Alnus incana**, DC., fl. fr. III, p. 304; HOST, fl. austr. II, p. 612; RCHB., fl. exc., p. 175; PANTK., el. pl., p. 30.

A. foliis ovatis acutis argute duplicato-serratis, subtus glaucis subtomentosis, axillis venarum glabris, squamis amenti apice incrassatis.

**Syn.** **Betula incana**, L. fil., suppl., p. 417.

**Icon.** RCHB., ic. germ., XII, tab. DCXXIX; CLUS., hist. pl., p. 12, f. 2; J. BAUH., hist. I, part. II, p. 154.

**Hab.** ad ripas fluminis **Tara** infra montem **Kom** (M. N.), PANTK., ad **Tussintan** supra **Kiseljak**, ad **Lepeniza** usque ad **Foinizza** (Bosnia), SENDTNER. Fl. Febr. Apr. Arbor.

Post adde genus

## BETULA, L.

Gen. plant., n. 4052.

*Char.* Flores unisexuales monoici amentacei. *Mares*, squamis pedicellatis, unifloris, perianthio triphylllo pedicellato, staminibus sex. *Foeminei*, squamis basi dilatatis, demum lobis basi cuneatis deciduis, bi-trifloris. Ovarium bilobulare, stigmatibus binis, nuce alata monosperma. — *Cl.* Dioecia. *Ord.* Hexandria. *Syst. sex.*

**Betula alba**, L., sp. pl., p. 4393; HOST, fl. austr. II, p. 624; KOCH, syn. fl. germ., p. 760.

B. foliis rhombeo-triangularibus, longe acuminatis, duplicato-serratis, glabris, amentis fructiferis longe pedunculatis pendulis, lobis lateralibus squamis recurvis, nucibus alatis, ala nuce sua duplo latiore.

**Syn.** *B. verrucosa*, EHRH., beitr. b. 98; RCHB., fl. exc., p. 174, qua *Var. B. pubescens*, EHRH., PANTK., l. c. p. 30.

*Icon.* Engl. bot., t. 2498; OED., fl. dan., t. 1467; RCHB., ic. germ. XII, tabula DCXXIII.

*Hab.* in sylvaticis **Perućica Dol** infra **Kom**, et supra pagum **Lipovo** ad portam montis **Sinnjavina Planina**, **Vratlo** dictam, a **Foscha** ad **Sellenichi**, a **Vlassich** supra **Baklari**, a **Foinizza** ad **Travnik** (Bosnia), SENDT.

## S A L I C I N A E, RICH.

VIS., fl. dalm. I, p. 214.

Ad Salicem albam, L., VIS., l. c. p. 212 adde locos ad ripas fluminis **Trebinjsica** circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK.; l. c., p. 32, in valle **Zeta** supra **Danilov Grad** prope **Grahovo** (M. N.), PANČ., el. pl. vasc., p. 85; a **Gradaschaz** ad **Srebernik** (Bosnia), SENDT., et ad fossas et loca humida ad **Veglia**, **Capriccio** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64.

Ad Salicem incanam, SCHRK., VIS., l. c., p. 213 adde locos ad ripas rivuli **Jazina** in **Bjelagora** (Herceg.), circa **Rjeka**, et in valle flum. **Tara** infra m. **Kom** (M. N.), PANTK., l. c.; ad ripas **Sinnjac** et **Vir** (M. N.), PANČ., l. c., p. 85, circa **Travnik** (Bosnia), SENDT.

Ad Salicem cinereum, L., VIS., l. c., in humidis circa **Rjeka** et **Mokro** prope **Bje-**

